



Bodleian Libraries

UNIVERSITY OF OXFORD


This book is part of the collection held by the Bodleian Libraries and scanned by Google, Inc. for the Google Books Library Project.


For more information see:


<http://www.bodleian.ox.ac.uk/dbooks>





This work is licensed under a Creative Commons Attribution-NonCommercial-ShareAlike 2.0 UK: England & Wales (CC BY-NC-SA 2.0) licence.











Purch. 1826

✓

B E R O S I
CHALDAEORUM HISTORIAE

QUAE SUPERSUNT

CUM

COMMENTATIONE PROLIXIORI

DE

BEROSI VITA ET LIBRORUM EJUS INDOLE

A U C T O R E

JOANNE DAN. GUIL. RICHTER

PH. DR.



L I P S I A E

SUMPTIBUS C. H. F. HARTMANNI

MDCCCXXV.

990



Librum hunc, primitias doctrinae suae, quantula-
cunque sit, in lucem emisit auctor, ut in philosopho-
rum ordine summos sibi honores acquireret. Ut be-
nigne ignoscant, quae in eo peccata fuerint, eos, qui
libellum evolvant, precatur. —

D E B E R O S O,
CHALDAEORUM HISTORIAE ET ASTRONOMIAE
VETERI SCRIPTORE.

§. 1.

Berosus, Chaldaeus, Beli Dei sacerdos, scripsit, si narratis fides, Chaldaeorum historiam et varia de astronomia, quae, paucis tantum exceptis, ad unum omnia, temporis invidia periere. Magna ejus apud veteres auctoritas. Notus erat non tantum Graecis scriptoribus, verum etiam Latinis. Berosi meminerunt Josephus, Tatianus, Eusebius, Plutarchus, Athenaeus, necnon Vitruvius, Seneca, Plinius et Tertullianus, ut alios omittam. Clarior fortasse oritura esset lux tenebris, quibus obvoluta est Chaldaeorum historia, si nobis superessent Berosi libri. Incuria hominum, sic videtur, deperierunt. Reliquiae, quae parvae sunt, aliis ex auctoribus colliguntur ^a).

§. 2.

Pauca dicenda hic videntur de Berosi nomine. Varie exaratur a scriptoribus Graecis: *Βηρωσσός* (Joseph., Euseb., Syncell. et all.), *Βήρωσσος* (Clem. Alex., Justin. Mart.), *Βηρωσός* (Tatiano, Zonara) et *Βήρωσος* (Theophil. Antioch., Pausan., Athenaeo). Latini Berosum nominant.

Berosi nomen compositum esse e voce Chaldaica ברי (filius, quod Syris בר) et Hebraeo הושע, ita ut Berosus significet: Filius Hoseae, conjecit Jos. Scaliger (Thes. Tempp. p. 408. nott. in Graeca Eusebii). Quae nominis

^a) Diligentissime collegit, quae e Berosi historiarum libris supersunt, J. A. Fabricius in Biblioth. Graec. Vol. XIV. pag. 175 — 211. — Cf. etiam Jos. Scaligeri Thesaur. Tempp. Eusebii. Amstel. 1656 et ejusd. Opus de Emendatione Tempp. Genevae 1629.

derivatio tamen minus fortasse aliis placebit ob verba e duabus linguis petita ^{a)}).

Aliter adstruere verbum conatus est vir doctissimus Wahlius (in libro: Erdbeschreibung von Ostindien u. s. w. Hamburg 1805. Erster Band. p. 178). E vocibus בַּר et מֵסַח (מֵסַי) vel מֵסַיָּח ut sit, si nomen interpretari velis, filius medici, illud derivandum putavit. Quod per se optime fieri potest. Arabes nomen scribunt *بهراس*.

Quae omnia utcumque se habeant, Chaldaicam nomen prodit originem ^{b)}.

§. 3.

Berosum patria fuisse Babylonium (si omnino, quod a nonnullis dubitatum est, eum vixisse sumamus), nomen jam ipsius innuere videtur. Eum temporibus Alexandri Magni, qui Perfarum in Asia evertibat regnum, et postea vixisse atque Beli Dei Chaldaeorum sacerdotis munere functum esse, omnia fere dicunt. A nullo auctorum veterum res vocata in dubium. Apponamus singulorum testimonia, Josephus Chaldaeum vocat Berosum (Antiqq. I, 3, 6) et virum omnibus iis notum, qui paululum in literis versati sint (Contra Apionem I, 19):

— — — *Μάρτυς δὲ τούτων Βηρωσσός, ἀνὴρ Χαλδαῖος μὲν τὸ γένος, γνώριμος δὲ τοῖς περὶ παιδείαν ἀναστρεφόμενοις κ. τ. λ.*

Cf. Eusebii Chronicon Graeco-Armeno-Latinum. Venetiis 1818. P. I. p. 62, qui ex Josepho desumfit.

a) Semlerus (Miscell. Lectt. fasc. I. p. 27) aliam proposuit nominis derivationem. „In Milchna — inquit — in Taanith fol. 24 occurrit nomen antiqui Judaici doctoris בר אױש, Barusch vel Barosch, filius Uschi. Simile putamus nostrum nomen esse et levi mutatione ad Graecam linguam inde erit *Βηρωσσός*, quam veram scripturam Graecam esse arbitramur.” Quae omnia maximam veri speciem prae se ferre nemo facile negaverit, si effici possit, nomen Barusch (בר אױש) revera legi in Talmude. Memorantur quidem in tractatu Taanith (תענית) cap. I. §. 5 filii Paroschi (בני-פרעוש); nomen Baruschi doctoris nusquam legi. Quo tamen rem plane non everti facile confiteor.

b) Hebraeis ברױש (Chaldaeis פְּרִיָּה) est abies, lingua vernacula: Tanne, Fichte. Nonne, quod Germanis, etiam Chaldaeis ac Babyloniis viri nomen esse potuit? —

Eadem fere de Berofo habet Tatianus et, qui eum exscripserunt, Clemens Alexandrinus et Eusebius. Se ipsos Berofo libros non legisse, sed secutum esse hac in re Jubam, Assyriorum historiae scriptorem ^{a)}, ipse ingenue profitetur. Vixit Tatianus ^{b)} temporibus Marci Aurelii et ex libro, quem adversus Graecos scripsit, sunt, quae sequuntur, ipsius verba (Tatian. adv. Gr. cap. LVIII. p. 171. ed. Parif. a. 1586):

Βηρωσός, ἀνὴρ Βαβυλώνιος ^{c)}, ἱερεὺς τοῦ παρ' αὐτοῖς Βήλου, κατ' Ἀλέξανδρον γεγονώς, Ἀντιόχῳ τῷ μετ' αὐτὸν τρίτῳ τὴν Χαλδαίων ἱστορίαν ἐν τρισὶ βιβλίοις κατατάξας, καὶ τὰ περὶ τῶν βασιλέων ἐκθέμενος, ἀφηγεῖται κ. τ. λ.

et paucis interjectis:

Βηρωσός δέ ἐστιν ἀνὴρ ἰκανώτατος, καὶ τούτου τεκμήριον Ἰόβας ὅς, περὶ Ἀσσυρίων γράφων, παρὰ Βηρωσοῦ φησι μεμαθηκέναι τὴν ἱστορίαν. Εἰσὶ δὲ αὐτῷ βιβλοὶ περὶ Ἀσσυρίων δύο.

Cf. Clemens Alex. (Admonit. ad Gentes p. 43 ed. Sylburg.) et Eusebius Pamphili (Pr. Ev. X, 11). Ab Eusebio, qui in ceteris hoc loco verbotenus est subsequutus Tatianum, quem ante oculos habebat, immutata tamen, aut potius (sic mihi videtur) correctata ejus verba, ita ut legantur apud Eusebium:

Βηρωσός — — — κατὰ Ἀλέξανδρον γενόμενος, Ἀντιόχῳ τῷ μετὰ Σέλευκον τρίτῳ τὴν Χαλδαίων ἱστορίαν ἐν τρισὶ βιβλίοις κατατάξας κ. τ. λ. —

De his infra. —

Georgii Syncelli de Berofo testimonium legimus in Chronograph. p. 14 (ed. Goar. Parifis a. 1652):

— — — Βηρωσός ὁ τῆς Χαλδαϊκῆς ἀρχαιολογίας συγγραφεὺς ἀκμάσας κατὰ τοὺς χρόνους Ἀλεξάνδρου

a) Historiae Assyriorum, quam commemorat Tatianus, auctorem fuisse Jubam II, Mauritaniae regem, jam fuit opinio Sevini. Vid. quae hac de re differit vir doctissimus in: Memoires de litterature, tirées des registres de l'Academie Royale des Inscriptions et. A la Haye 1724. Tome IV. p. 143 sqq. — Cf. etiam libri nostri §. 14.

b) Mortuus est, ut videtur, circa annum 176 post C. N.

c) Babylone, urbe ipsa, natum esse Berofum, non ab omni verifimilitudine abest. Haec praecipua Chaldaeorum sedes. Scholas habebant Babylone, Borsippis, Hippareni et Orchoes. (Vid. infra §. 8.) Cf. Semler (Miscell. Lectt. Fasc. I. p. 28).

τοῦ Μακεδόνοσ, ὡσ φησιν, καὶ εὐρῶν ἐν Βαβυλῶνι
κ. τ. λ.

Praecipue autem huc pertinent, quae leguntur Chronogr. p. 28, ubi testis est Syncellus, aut, si mavis, quem exscripsit, Eusebius, a Beroso ipso, in historiae Chaldaeorum libro primo, indicatam esse aetatem, qua viveret. Verba Syncelli sunt:

Βηρωσσὸς δὲ ἐν τῇ πρώτῃ τῶν Βαβυλωνιακῶν φησι γενέσθαι μὲν αὐτὸν (lege αὐτὸν) κατὰ Ἀλέξανδρον τὸν Φιλίππου τὴν ἡλικίαν κ. τ. λ. —

Cf. Euseb. Chronic. G. A. L. P. I. p. 17. —

Omnia fere, quae de Beroso habet, ut multa alia, ex Eusebii a) Chronico mutuatum esse Syncellum, res est diu jam doctis omnibus nota ac denuo comprobatur hujus Chronici versione Armeniaca nostris temporibus in coenobio quodam Armeniae inventa. Vid. Eusebii Pamphili Chronicon bipartitum (Graeco-Armeno-Latinum) cura J. B. Aucheri. Venetiis 1818. —

His omnibus subjungas testimonium Theophili Antiocheni de Berosi patria et vitae conditione.

Teoph. Antioch. lib. III ad Autolyicum p. 139 (ed. Parif. a. 1636):

— — Βῆρωσος, ὁ παρὰ Χαλδαίοις φιλοσοφῆσας, καὶ μὲνύσας Ἑλλῆσιν τὰ Χαλδαϊκὰ γράμματα κ. τ. λ.

Cf. Agathias: De rebus gestis Justiniani (libro II.) p. 62 (ed. Bonaventurae Vulcanii. Parisiis 1650).

§. 5.

Eusebii his et Tatiani, aut, si mavis, Alexandri Polyhistoris et Jubae, de aetate Berosi testimoniis disertis confecta res videri possit. Alexandro Magno in Asia imperium tenente et postea eum vixisse, omnia fere conclamant; etsi primo obtutu res difficultate quadam premi videatur. Traditum memoriae ab Eusebio (Pr. Ev. X, 11), ut supra indicatum, Berosum historiae Chaldaeorum libros conscripsisse Antiocho Syriae regi post Seleucum tertio. Haec an cum ceteris, quae habemus, de Berosi aetate testimoniis commode conciliari possint, ante omnia videamus. Decessit e vita Alexander Babylone, anno 323 ante C. N. Post mortem ejus a successoribus (ita appellantur exercitus sub Alexandro duces, qui eo mortuo re-

a) Ex Alexandro Polyhistore desumpsit Eusebius. V. infra §. 14.

gnum inter se dividebant) diu armis de summo imperio dimicatum. Seleucus tandem, cui in divisione prima Babylonia obvenerat, Antigono in pugna ad Ipsum ^{a)} devicto, Syriam quoque post tempus aliquod regno suo addidit, Syriae nunc regem se appellans. Huic successit filius Antiochus, cognomine Soter (*Σωτήρ*) ^{b)}; quo mortuo regnare coepit Antiochus II. Deus (*Θεός*) anno 262 ante C. N. Huic Syriae regi conscriptos esse a Beroso historiae Chaldaeae libros, testis est Eusebius. Cujus testimonio (si lectio certa) eo major accedere videtur fides, quod aperte adversatur hac in re Tatiano, quem in ceteris verbotenus fere hoc loco excipit. Secutus fortasse Eusebius in his, ut in aliis de Beroso, ducem Alexandrum Polyhistorum, cujus auctoritate innitens etiam, quod non levissimum rei nostrae addere videtur momentum, refert loco alio ^{c)}, a Beroso ipso dictum esse, se Alexandri Macedonum regis aetate vixisse. Nonne putemus, Eusebium ipsum illico animadversurum fuisse, haec inter se pugnare, si revera pugnant? — Si sumamus, Berosum, quum e vita decederet Alexander, vicesimum egisse vitae annum ^{d)}, necesse est, senem eum, quum regnare coepisset Antiochus II, fuisse octogenarium. Potuit fieri, ut senex historiae libros conscriberet, aut antea conscriptos mitteret regi. Si testimonia vera, satis accurate Berosi aetas definita. Non ignoro equidem, fuisse, qui laxius haec de Berosi Chaldaei aetate veterum auctorum verba sumenda putarent, ita ut sub Alexandro forte ille natus tempore regum Syriae primorum viveret ^{e)}. Sed quid

a) Anno 301 ante C. N.

b) Anno 281 ante C. N.

c) Eusebii Chronic. G. A. L. P. I. p. 17. Idem refert de Beroso ex Eusebio Georg. Syncellus, Chronogr. p. 28. Vide supra.

d) Vid. etiam Vossius De Hist. Graec. I, 13 ed. I. Mutasse tamen videtur quodammodo sententiam in editione libri secunda.

e) Verbis Tatiani (Adv. Grr. LVIII) supra allatis: *Βηρωσός - - κατ' Ἀλέξανδρον γεγονώς κ. τ. λ.* innui tantum, Berosi natales incidere in ultimos regni Alexandri annos (quae nonnullorum est opinio, vid. Voss. De Hist. Grr. ed. II; Ideler: Astronomische Beobachtungen der Alten. Berlin 1806) ne sumamus vetat, praeter Eusebii et Syncelli testimonia diserta, Berosum vixisse temporibus Alexandri, verbi *γίνεσθαι* apud Tatianum saepius obvii vis. Nam mox (libri adv. GG. eod. cap.) de Amosi Aegyptiorum rege habet: *ἐγέ-*

impediāt nos, ne sumamus, eum aequalem fuisse Alexandri regis et usque ad Antiochi II tempora vixisse, non video, si tantum ad veterum de Berosi aetate attendamus testimonia. Quid? quod valde diminuitur difficultas, si Tatiano ^{a)} credere velimus, Berosum Chaldaeorum historiam conscripisse Antiocho I, Soteri, Syriae post Alexandrum Macedonem regi tertio ^{b)}. Quod tamen, refragante Eusebio, haud fecerim. In Eusebio vertitur res, si sumimus, consulto eum correxisse Tatiani verba, quia melius perspectam aliunde rem haberet. — His addas, si vis, Syncelli testimonium, Berosum vixisse Manethonis Aegyptii temporibus aut paulo ante. Vixit autem Manetho sub Ptolemaeo Philadelpho, qui imperium apud Aegyptios tenuit inde ab anno 284 ante C. N. per 38 annorum temporis spatium. Huic regi a Manethone dedicatos esse historiarum Aegyptiacarum libros, dicunt veterum auctorum testimonia multa. Syncell. Chronogr. p. 18 (ed. Goar.):

*Μανεθῶ ὁ Σεβεννύτης, ἀρχιερεὺς τῶν ἐν Αἰγύπτῳ
μιαρῶν ἱερῶν μετὰ Βηρωσσὸν γενόμενος ἐπὶ Πτολε-
μαίου τοῦ Φιλαδέλφου, γράφει κ. τ. λ.*

His conferas locum Chronogr. p. 16.

Nunc ad aliud transeamus argumentum, quo efficere studebat doctissimus Jos. Scaliger ^{c)} (Thes. Tempp. p. 407 nott. ad Graeca Eusebii), Berosi aetatem, ut aliis ex causis sumi quidem potest, protrahendam esse inde ab Alexandri temporibus usque ad imperii Antiochi Soteris Syriae regis annum decimum tertium et ulterius fortasse.

Audiamus ipsum:

Annum etiam regis (quo scilicet, Tatiano teste et Eusebio, Babylonica sua scripsit Berosus) certo determinat Plinius H. N. VII, 56 (57). „E diverso Epigenes apud Babylonios DCCXX annorum observationes siderum coctilibus laterculis inscriptas docet, gravis auctor imprimis: qui minimum Berosus et Critodemus CCCCLXXX annorum.” Hos annos Berosi et Critodemus

νετο κατ' Ἰναχον βασιλέα i. e. vixit temporibus Inachi. Vid. etiam Perizonii Origg. Babyll. P. I. p. 14 sq.

a) Adv. Graecos c. LVIII. p. 171 (ed. Paris.).

b) Qui imperium suscepit, ut supra dictum, a. 281 ante C. N.

c) Et eum secuti Vossius in libro. De Hist. Grr. p. 71 sq. et Marshamus in: Canon. Chronic. p. 474 (ed. Lond. a. 1672).

demi proculdubio a Nabonaffaro putandos esse constat, qui incidunt in annum XIII Antiochi Soteris, qui Seleuco successit, numero Eusebiano MDCCXLIX ^a). Constante igitur affirmamus, eo anno Berosum Babyloniaca sua Antiocho obtulisse, in quibus observationes vetustissimas siderum a Chaldaeis factas probabat ante CCCCLXXX annos, quam sua Babyloniaca scriberet, qui erat annus periodi Julianae 4446.

Quum per se jam nullis satis firmis possit effici argumentis, Berosum annos numerasse a Nabonaffaro; omnia plane corruent, si, quem omnes quidem codices (Vid. Harduini ad haec Plinii verba adnotationem) ^b) probare videntur, Plinii locum corruptum esse librariorum inepta fortasse solertia, multa dubitare non sinunt. Huc praecipue pertinent Ciceronis (De Divin. I, 19) verba:

Contemnamus etiam Babylonios et eos, qui e Caesaro coeli signa servantes numeris et motibus stellarum cursus persequuntur: condemnemus, inquam, hos aut stultitiae, aut vanitatis, aut imprudentiae, qui CCCCLXX millia annorum, ut ipsi dicunt, monumentis comprehensa continent cet.

et Diodori Siculi Bibl. II. §. 31 (P. I. p. 145 ed. Wesseling.):

— — — ὅτι Χαλδαῖοι μέγιστην ἔξιν ἐν ἀστρολογίᾳ τῶν ἀπάντων ἀνθρώπων ἔχουσι, καὶ διότι πλείστην ἐπιμέλειαν ἐποιήσαντο ταύτης τῆς θεωρίας περὶ δὲ τοῦ πλήθους τῶν ἐτῶν, ἐν οἷς φασὶ τὴν θεωρίαν τῶν κατὰ τὸν κόσμον πεποιῆσθαι τὸ σύστημα τῶν Χαλδαίων, οὐκ ἂν ῥαδίως τις πιστεύσειεν, ἐτῶν γὰρ ἐπὶ δὲ καὶ τεσσαράκοντα μυριάδας, καὶ τρεῖς ἐπὶ ταύταις χιλιάδας (CCCCLXXIII millia) εἰς τὴν Ἀλεξάνδρου διάβασιν γεγονέναι καταριθμοῦσιν ἀφ' οὗ τοῦ παλαιὸν ἤρξαντο τῶν ἀστρῶν τὰ παρατηρήσεις ποιῆσθαι.

Cf. Cic. De Divin. II, 46 et Lactant. Divinn. Infitutt. VII, 14.

Et tandem verba Africani apud Syncellum Chronogr. p. 17:

a) Numerantur in Chronico Eusebiano anni ab Abrahamo.

b) Innui fortasse annis illis Plinianis tempus illud remotum, quo ad scribendum uterentur Chaldaei laterculis, quum postea adhiberent ad id ceras ac demum papyrum, non tempus proximum ante Berosum et Critodemum, putavit doct. Harduinus in animadv. ad locum nostrum. Sumat hoc cui videbitur.

Τὰ γὰρ Φοινίκων τριζμύρια ἔτη, ἢ τὸν τῶν Χαλδαίων λῆρον, τὸν τῶν τεσσαράκοντα οὐκιο μυριάδων, τί οεὶ λέγειν;

Quadringenta octoginta millia annorum esse lectionem genuinam loci Pliniani, suspicamur igitur cum Perizonio ^{a)}; etsi in fragmentis ab Eusebio et Syncello e Berofi Chaldaeorum historia asservatis legimus, annorum centum quinquaginta millium observationes rerum coelestium et historias scriptas Babylone in urbe servari. Quae omnia, etsi minime congruere videantur cum illis Ciceronis annis et Diodori Siculi, tamen longe superant annorum apud Plinium numerum. Verba Syncelli Chronograph. p. 28:

Βηρωσσός - - - φησι - - - ἀναγραφὰς - πολλῶν ἐν Βαβυλῶνι φυλάσσεσθαι μετὰ πολλῆς ἐπιμελείας ἀπὸ ἐτῶν πον ὑπὲρ μυριάδων δεκαπέντε περιέχουσας χρόνον· περιέχειν δὲ τὰς ἀναγραφὰς ἱστορίας περὶ τοῦ οὐρανοῦ, καὶ θαλάσσης καὶ πρωτογονίας, καὶ βασιλείων, καὶ τῶν κατ' αὐτοὺς πραξέων.

Cf. Eusebii Chronic. G. A. L. P. I. p. 17.

Memoratu etiam dignum est visum, si ad summam redigantur regum, ante et post diluvium, qui in Berofi, quoad eos habemus, Chaldaeorum historiae libris commemorantur, tempora, effici temporis spatium, quod non valde dissimile sit annorum Ciceronis et Diodori Sic. numero. Regnaverunt enim in Babylonijs:

	p. annos
Decem reges ante diluvium ab Aloro usque ad Xifuthrum per Saros 120	432,000
A Xifuthro usque ad tempus, quo Medi Babylonem ceperunt, reges 86	33,091
Tyranni a Medis constituti octo	224
Reges alii undecim	
Chaldaeorum reges quadraginta novem	458
Reges Arabum novem	245
Reges alii quadraginta quinque	526

Post quos rex fuit Chaldaeorum Phulus ^{b)}.

Si imperii Phuli regis initium incidisse sumamus in annum 768 ante C. N., praeterlapfi sunt inde ab eo usque ad tempus, quo conscripsisse dicitur Berofus Chaldaeorum

a) Orig. Babyll. P. I. p. 19. lqq.

b) Vide de his praeter Syncelli Chronographiam p. 39 (ed. Goar.), Eusebii Chronicon G. A. L. P. I. p. 11 lqq. et 40 lqq.

historiam a) anni 406. His accedit temporis spatium, per quod in Babylonios regnaverunt illi undecim reges Berofi, quorum tempus imperii non indicatum. Quos si regnasse sumamus, quod per se optime fieri potuit, per annos 200, efficitur, inde ab Aloro usque ad Antiochum Deum Syriae regem, praeterlapsum esse 467,150 annorum temporis spatium. An annos lunares aut solares habuerint in temporum ratiocinatione, non multum ad rem nostram faciet.

Aliud addamus argumentum, quo certe Plinianum annorum numerum a librariis corruptum esse ostendi credo. Callisthenes philosophus, Alexandri in bello contra Perfas comes, dicitur (ut e Porphyrio refert Simplicius lib. II. de Coelo) Babylone invenisse observationes astrologicas usque ad tempus Alexandri M. annorum 1903 b). Quod an veritati propius accedat, nihil ad rem. Plinianum numerum excedunt anni. — Quid? quod ipse orationis apud Plinium nexus, si attente legimus, ostendit, depravatum esse locum. Semper litteras apud Assyrios fuisse, paulo ante contenderat auctor et verbis, quae laudavimus, demonstrare voluisse videtur. Haec dicunt etiam, quae sequuntur (Plin. l. l.):

„Ex quo apparet, aeternum litterarum usum.”

Aeternum fere apud Babylonios usum litterarum vocare potuit, si inde a 480 annorum millibus observationes litteris consignatae asservarentur, non, si a quadringentis octoginta annis c), quod apud Plinium, ut nunc se habent verba, legimus d). — His omnibus non obstare videtur, quod legimus apud Syncellum (Chronograph. p. 207), a Nabonaffaro rege deleta esse, quae de regum ante se rebus gestis mandata erant litteris, ut a se Chaldaeorum historia inciperet. Verba sunt:

a) Imperium suscepit Antiochus II (Deus) anno 262 ante C. N. Huic regi conscripsit, si Tatiano fides, Berofus Chaldaeorum historiae libros. V. supra §. 3. 4.

b) Verba sunt (Simplic. Com. 46 in lib. II. Arist. de Coelo p. 123): *Τὰς ὑπὸ Καλλισθένους ἐκ Βαβυλῶνος πεμφθείσας παρατηρήσεις ἀφικέσθαι εἰς τὴν Ἑλλάδα· τοῦ Ἀριστοτέλους τοῦτο ἐπισκῆψαντος αὐτῷ, ἄστινας διηγείται ὁ Πορφύριος χιλίων ἑτῶν εἶναι καὶ ἐννεακοσίων τριῶν μέχρι τῶν χρόνων τοῦ Μακεδόνα σωζομένας.*

c) Vel, quae lectio est Harduini, quadringentis nonaginta.

d) Vid. Perizon. Orig. Babyl. P. I. p. 19 lqq. et Bayle: Dictionnaire hist. et crit. sub voce: Babylone.

Ἀπὸ δὲ Ναβονασάρου τοὺς χρόνους τῆς τῶν ἀστέρων κινήσεως Χαλδαῖοι ἠκρίβωσαν, καὶ ἀπὸ Χαλδαίων οἱ παρ' Ἑλλήσι μαθηματικοὶ λαβίντες· ἐπειδὴν, ὡς ὁ Ἀλέξανδρος καὶ Βηρωσᾶός φασιν, οἱ τὰς Χαλδαϊκὰς ἀρχαιολογίας περιειληφότες, Ναβονάσαρος συναγαγὼν τὰς πράξεις τῶν πρὸ αὐτοῦ βασιλέων, ἠφάνισεν, ὅπως ἀφ' αὐτοῦ ἡ καταρίθμησις γίνεται τῶν Χαλδαίων βασιλέων. —

Res per se non valde verifimilis; etfi quis contendere possit, Plinium auctoritate Alexandri Polyh., quem legeret, annorum numerum referre. —

§. 5.

Fuerunt etiam, qui Chaldaeorum historiae libros, tamdiu sub Berofi nomine venditos, confictos esse a Graeco quodam suspicarentur ac sub Berofi, Chaldaei sacerdotis, nomine in lucem editos, ut inde iis apud omnes major existeret fides. Quibus adnumerandus videtur praeter alios Wachler ^{a)} (in: Encyclopädie der Wissenschaften und Künste von Ersch und Gruber etc. sub voce: Berofos), qui ita habet:

Dafs Berofus der vorhistorischen Zeit angehöre, könnte aus der Aeufserung Justins des Märtyrers (Cohortat. c. 39), der ihn für den Vater der in Platon's Phädrus erwähnten Sibylle hält, geschlossen werden und vielleicht hängt die von Vitruvius (9, 7) erwähnte, durch Nativitätstellerei berühmte astrologische Schule des Berofus auf der Insel Cos damit zusammen. Unter dieser Voraussetzung würden die in Griechischer Sprache (bei Syncellus, Josephus contra Apionem 1, 16 (19) und Antiquit. Jud. I, 5 und bei mehreren Kirchenvätern) erhaltenen Bruchstücke aus einer dem Berofus beigelegten Chaldäischen und Babylonischen Geschichte in 3 Büchern als Ueberbleibsel einer in späterer Zeit zusammengetragenen priesterlichen Sagengeschichte, welche durch den Namen eines gefeierten alten Priesters bewahrheitet werden sollte, zu halten und manche in ihnen aufftossende Schwierigkeiten leicht zu lösen sein. Der Verfasser der auf unsere Zeiten gekommenen Bruchstücke lebte 262 v. Chr. G. und verräth

a) Et quodammodo etiam Meiners (Hist. doctrinae de vero Deo P. I. p. 76 sqq.), qui in multis fidem Berofi impugnat.

Unkunde der Chaldäischen Sprache, scheint demnach ein Grieche gewesen zu sein, der, wie es Ton jenes Zeitalters war, alte Ueberlieferungen auffuchte und in Beziehung auf Babylon ordnete u. s. w.

His optime responderi videtur, si perpendimus, quod, si quis sub Beroſi, Beli ſacerdotis, nomine, qui magnam apud Chaldaeos et nationes exteras obtineret famam, evulgare voluiſſet Chaldaeorum hiftoriam, ut ei major apud omnes exiſteret fides, non is Beroſo aſſignaffet aetatem longe inferiorem ei, qua vixiſſe, ſi ad fabulam attendamus, patrem Sibyllae ſumere debemus. Haec omnia ut melius perſpicias, pauca in univerſum hic de Sibyllis addere liceat; quum etiam, quae de turris Babylonicae exſtructione narravit Sibylla in fragmento apud Joſephum (Antiqq. I, 4, 3) et Eusebium (Pr. Ev. IX, 15 et Chronic. G. A. L. P. I. p. 38) obvio, Beroſi librorum reliquiis adjecimus.

Vagae et multiplices de Sibyllis veterum ſententiae. Arduum ſane opus et difficile, eas inter ſe conciliare. Nec de aetate certi quidquam conſtat. Fuiffe, qui Sibyllam Phrygiam Orpheo antiquiorem eſſe contenderent, dicit Clemens Alex. Stromm. I. p. 323 (ed. Sylburg.); Erythraeam vixiſſe belli Trojani temporibus et vaticinatam eſſe, legimus apud Lactantium Inſtit. I, 6, quod de Eriphyla, Babylone in urbe oriunda, itidem aſſerit Iſidor. Hiſp. Origg. VIII, 8 et ſimile quid de Delphica (Bocchum ſecutus) Solinus II, 18. Cf. etiam Suid. ſub voce *Σίβυλλα*. — De Sibylla, quae Tarquinio Superbo vendidiſſe dicitur libros, vid. Dionyſ. Hal., Aul. Gellium, Juſtin. Mart., Lactant., Iſidor. Hiſp., alioſque.

Primus auctorum omnium, quoad ſcimus, qui mentionem fecerunt Sibyllarum, eſt Heraclitus ^{a)}. Vid. Plutarchum in libro: *Περὶ τοῦ μὴ χρᾶν ἕμμετρα τὴν Πυθίαν* ^{b)}, ubi verba:

Σίβυλλα μαινομένην στόματι καθ' Ἡράκλειτον ἀγέλαστα καὶ ἀκαλλώπιστα καὶ ἀμύριστα φθεγγόμενη χιλιῶν ἑτῶν ἐξικνεῖται τῇ φωνῇ διὰ τὸν Θεόν.

Clementem Alex. Stromm. I. p. 304 (ed. Sylburg.):

a) Heraclitus, Ephesius, philoſophus circa annum 502 ante C. N. Opus ejus De Natura temporis invidia interiit praeter pauca fragmenta. Vid. Harleſii Introduct. in hiſt. linguae Graec. Altenburgi 1778.

b) Plutarch. Morall. ed. Wyttenbach. Lipſ. 1796 ſqq. Tom. II. p. 615.

*Ἡράκλειτος γὰρ οὐκ ἀνθρωπίνως φησὶν, ἀλλὰ σὺν
Θεῷ μᾶλλον Σιβύλλῃ πεφάνθαι.*

et epistolam ultimam earum, quae sub Heracliti nomine feruntur, ad Hermodorum:

Σιβύλλα ἐν πολλοῖς καὶ τοῦτο ἐφράσθη·

Ἐξ Ἰάδος χώρας ἤξει σοφὸς Ἰταλίησιν.

*Εἰ δέ σε πρὸ τοσούτου αἰῶνος, Ἐρμόδωρε, ἡ Σιβύλλα
ἐκείνη (supplendum fortasse προγγίνωσκε) καὶ τότε
ἦσθα.*

Post Heraclitum Sibyllae fecerunt mentionem Aristophanes, Plato, Aristoteles et alii permulti. Vid. Fabric. Bibl. Gr. lib. I. c. 29. §. 3.

Plures fuere Sibyllae. Cogites de Sibyllis Christianorum, et Ethnicorum. In universon statuerunt veterum auctorum alii decem Sibyllas, quum alii unam tantum fuisse sumerent. Decem enumerat Lactantius (Institt. I, 6), Varronem secutus. Verba sunt:

M. Varro, quo nemo unquam doctior, ne apud Graecos quidem, vixit, in libris rerum divinarum, quos ad C. Caesarem pontificem maximum scripsit, quum de quindecimviris loqueretur, Sibyllinos libros ait non fuisse unius Sibyllae, sed appellari uno nomine Sibyllinos, quod omnes feminae vates Sibyllae sunt a veteribus nuncupatae.

(et paucis interjectis:)

Ceterum Sibyllas decem numero fuisse: easque omnes enumeravit sub auctoribus, qui de singulis scriptitarunt. Primam fuisse de Persis, cujus mentionem fecerit Nicenor, qui res gestas Alexandri Macedonis scripsit: secundam Libycam, cujus meminit Euripides in Lamiae prologo: tertiam Delphida, de qua Chrysippus loquitur in eo libro, quem de divinatione composuit: quartam Cimmeriam in Italia, quam Naevius in libris belli Punici, Piso in annalibus nominat: quintam Erythraeam, quam Apollodorus Erythraeus affirmat suam fuisse civem, eamque Grajis, Ilium petentibus, vaticinatam, et perituram esse Trojam et Homerum mendacia scripturum: sextam Samiam, de qua scripsit Eratosthenes, in antiquis annalibus Samiorum reperisse se scriptum: septimam Cumanam, nomine Amaltheam, quae ab aliis Demophile, vel Herophile ^{a)} nominatur, eamque

a) Amaltheam, Sibyllam, ab Herophile fecernit Tibullus in lib. II. eleg. 5. v. 67 sqq.

novem libros attulisse ad regem Tarquinium Priscum, ac pro eis trecentos philippeos postulasse, regemque aspernatum pretii magnitudinem derisisse mulieris insaniam; illam in conspectu regis tres combussisse ac pro reliquis idem pretium poposcisse; Tarquinium multo magis mulierem insanire putasse: quae denuo tribus aliis exustis, quum in eodem pretio perseveraret, motum esse regem ac residuos trecentis aureis emisse, quorum postea numerus sit auctus, Capitolio relecto; quod ex omnibus civitatibus et Italicis et Graecis et praecipue Erythraeis coacti allatique sint Romam; cujuscunque Sibyllae nomine fuerint: octavam Helleponticam, in agro Trojano natam, vico Marnello circa oppidum Gergitium; quam scribit Heraclides Ponticus Solonis et Cyri fuisse temporibus: nonam Phrygiam, quae vaticinata sit Ancyrae: decimam Tiburtem, nomine Albuneam, quae Tiburi colatur ut Dea, juxta ripas amnis Anienis, cujus in gurgite simulacrum ejus inventum esse dicitur, tenens in manu librum; cujus sortes senatus in capitolium transtulerit. Harum omnium Sibyllarum carmina et feruntur et habentur, praeterquam Cumaeae: cujus libri a Romanis occuluntur, nec eos ab ullo, nisi a quindecimviris, inspectos habent. Et sunt singularum singuli libri, qui, quia Sibyllae nomine inscribuntur, unius esse creduntur, suntque confusi, nec discerni ac suum cuique assignari potest, nisi Erythraeae, quae et nomen suum verum carmini inferuit et Erythraeam se nominat, ubi praelocuta est, quum esset orta Babylone; sed et nos confuse Sibyllam dicemus, sicubi testimoniis earum fuerit abutendum cet.

Haec Lactantius. — Eadem fere etiam habet Suidas (sub voce: *Σιβυλλα*) de Sibyllis; Hieronymus (contra Jovian. I, 26) et Isidorus Hispalensis (Orig. VIII, 8).

A Clemente Alexandrino (Stromm. I. p. 333 ed. Sylburg.) commemorantur Sibyllae

ἡ Σαμία, ἡ Κολοφωνία, ἡ Κυμαία, ἡ Ἐρυθραία, ἡ Φυτώ^a) ἡ Ταρξάνδρα, ἡ Μακέτις, ἡ Θεσσαλή, ἡ Θεσπρωτις.

Cf. Clem. ejusdem locum alium (Stromm. I. p. 323 ed. Sylburg.), ubi, praeter Sibyllam Erythraeam, Herophilen appellatam, et aliae, sic videtur, nominantur Sibyllae,

a) Suidas contra l. l. — *ἔκτη, Σαμία (sc. Sibylla), ἡ κυρίως ὀνόματι καλουμένη Φυτώ· περὶ ἧς ἔγραψεν Ἐρατοσθένης.*

ut Sibylla Phrygia, quam Dianam (*Ἀρτεμιν*) appellent et quae Orpheo sit antiquior; Sibyllae Aegyptiaca et Italica, quam matrem Evandri fuisse memoriae tradidit idem Clemens.

Unam tantum fuisse Sibyllam statuit ^{a)} inter recentiores Michael. Neander (in libro: Apocrypha h. e. Narrationes de Christo, Maria, Joseph. cet. Gr. et Lat. Basil. 1565) Ovidii innitens auctoritate, quum apud eum (*Metamorphh.* XIV, 139 sqq.) de se narret Sibylla, sibi prolongatam a Phoebos vitam, septingentos se jam vixisse annos, trecentosque adhuc victuram. Itaque factum esse, putat vir doctissimus, ut, qui ad id non attenderent, plures fuisse Sibyllas fumerent, quum ad unam omnia deberent referri. — Jure in medio relinquimus, quae, ut fert natura rei, ad liquidum perducere non possunt. Stabile nihil in fabula.

Quatuor fuisse Sibyllas existimavit Pausanias, uti et Aelianus, qui (Varr. *Hist.* XII, 35) ita habet:

Σίβυλλαι τέσσαρες, ἡ Ἑβραία, ἡ Σαμία, ἡ Αἰγυπτία, ἡ Σαρδιανή. Οἱ δὲ φασὶ καὶ ἑτέρας ἕξ, ὡς εἶναι τὰς πάσας δέκα, ὧν εἶναι καὶ τὴν Κυμαίαν καὶ τὴν Ἰουδαίαν.

Das fuisse Sibyllas memoriae tradidit Marcianus Capella lib. II. p. 40; tres Ausonius *Idyl.* XI, et duodecim auctor *Chronici Paschalis* (p. 108 ed. Paris.) cet. Vid. Fabric. *Bibl. Gr.* I. I. §. 7.

De Sibylla, quae vendidisse dicitur Tarquinio Superbo ^{b)}, ultimo Romanorum regi, libros tres ^{c)} et quam Cumanam appellat Solinus II, 16 sqq., nota est fabula e Dionysio Halicarn. IV, 62, Aul. Gellio I, 19 et aliis. His omnibus adjiciantur adhuc, quae apud Suidam praeter multa alia leguntur de Sibyllis, ut dilucide dignoscatur, quam vaga et inconstans sit fama de Sibylla Chaldaea, quam alii Aegyptiam vocant, Berosi filia. Suidas sub voce: *Σίβυλλα*:

Σίβυλλα Χαλδαία, ἡ καὶ πρὸς τινῶν Ἑβραία ὀνομαζομένη, ἡ καὶ Περσίς, ἡ κυρίῳ ὀνόματι καλουμένη

a) Plinii locum H. N. VII, 33 huc etiam retulerim; etiam si loqui videatur de femina quadam, nomine proprio Sibylla appellata.

b) De Tarquinio Prisco hoc narrant Lactantius (loco supra jam laudato), Suidas et alii. Vide supra Lactantii locum.

c) Unum librum dicit Solinus II, 16. 17.

Σαμβήθη, ἐκ τοῦ γένους τοῦ μακαριωτάτου Νῶε· ἡ περὶ τῶν κατὰ Ἀλεξάνδρον τὸν Μακεδόνα λεγομένων προειρηκῶν· ἣς μνημονεύει Νικάνωρ ὁ τὸν Ἀλεξάνδρου βίον ἱστορήσας· ἡ περὶ τοῦ δεσπότη Χριστοῦ μυσία προσθεσπίσασα καὶ τῆς αὐτοῦ παρουσίας· ἀλλὰ καὶ αἱ λοιπαὶ συνάδουσιν αὐτῇ κ. τ. λ.

et, quae proprie ad rem nostram pertinent:

Σιβύλλα Δελφίς, ἣν καὶ Ἄρτεμιν προσηγόρευσαν. Γέγονε δὲ αὐτῇ πρὸ τῶν Τρωϊκῶν· καὶ ἔγραψε χρησμούς δι' ἐπῶν. Ὁ πατήρ Σιβύλλης τῆς Χαλδαίας Βηρώσσος ἐκαλεῖτο· ἡ δὲ μήτηρ αὐτῆς Ἐρμάνθη.

Ex omnibus his satis apparet, quam in re seria nullius fere momenti sit argumentum, si quis inde petere vellet, ex historia de Sibylla aliqua petitum^a). Fabulas legimus, quae serioribus temporibus plerumque debent originem. Quod praecipue statuendum videtur de iis, quae de Sibylla Berosi filia habet Justinus Martyr (Cohort. ad Graecos c. 39. p. 34 edit. Paris. a. 1636, necnon Colon. 1686), in quibus non facile ab errore eum defenderis, quippe qui memoriae tradidit, Sibyllam (Cumaenam putes), cujus mentio facta a Platone in Phaedro, filiam fuisse Berosi, historiae Chaldaeorum scriptoris veteris. Verba sunt:

Ταύτην (sc. Σιβύλλην) δὲ ἐκ μὲν Βαβυλῶνος ὤρησθαι φασὶ, Βηρώσσου τοῦ τὴν Χαλδαϊκὴν ἱστορίαν γράψαντος θυγατέρα οὔσαν, εἰς δὲ τὰ μέρη τῆς Καμπανίας οὐκ οἶδ' ὅπως διαβᾶσαν, ἐκεῖ τοὺς χρησμούς ἐξαγορεύειν ἐν τινὶ Κουμᾶ ὀντω καλουμένῃ πόλει, ἔξ σημείοις διεστῶση Βαῶν, ἐνθα τὰ θερμὰ τῆς Καμπανίας εἶναι συμβαίνει.

a) Praemonendum hic credidi lectorem, ne existimet me ideo haec omnia tanta prolixitate egisse, quod crederem Wachlerum magni momenti putasse ad Berosi aetatem definendam argumentum a Sibylla petitum; sed ut lector ipse perspectum haberet, a serioribus plerumque excogitata, quae de Sibyllis antiqui temporis narrentur. Vid. de Sibyllis in universum Fabric. Bibl. Gr. lib. I. c. XXIX sqq. et de Christianis Bleekii librum: Ueber die Entstehung und Zusammenfassung der uns in acht Büchern erhaltenen Sammlung Sibyllinischer Orakel in: Theologische Zeitschrift, herausgegeben von Schleiermacher, de Wette und Lücke. Berlin 1819. P. I. p. 121 et P. II. p. 172 sqq.

(et paucis interjectis:)

Ταύτης δὲ τῆς Σιβύλλης ὡς χρησιμῶδου πολλοὶ μὲν καὶ ἄλλοι τῶν συγγραφέων μὲμνηται, καὶ Πλάτων ἐν τῷ Φαίδρω ^{a)}.

Pausanias etiam (Graeciae Descript. X, 12) de Sibylla habet:

Ἐπεγράφη δὲ καὶ ὕστερον τῆς Δημοῦς ^{b)} παρὰ τοῖς Ἑβραίοις, τοῖς ὑπὲρ τῆς Παλαιστίνης, γυνὴ χρησιμολόγος. Ὀνομα δὲ αὐτῇ Σάββη ^{c)}, Βηρώσου δὲ εἶναι πατρὸς, καὶ Ἐρμάνθης ^{d)} μητρὸς φασὶ Σάββην. Οἱ δὲ αὐτὴν Βαβυλωνίαν, ἕτεροι δὲ Σίβυλλαν καλοῦσιν Αἰγυπτίαν.

Si, quae a Justino Martyre de Sibylla memoriae sunt tradita ^{e)}, vera esse sumamus, necesse est, ante patrem vixisse filiam, quippe quae a Platone jam memoratur. Nam praeter testimonia veterum disertata, Berosum Alexandri Macedonis vixisse temporibus et postea, res confirmatur etiam a Clemente Alex., qui (Admonit. ad Gentes p. 43 ed. Sylburg.) memoriae tradidit, Berosum mentionem fecisse, in tertio historiarum libro, praeter ceteros, Darii Ochi, regis Persarum, quem regnare coepisse anno 358 ante C. N., nemo nescit.

Magna apud veteres Berosi sacerdotis necnon vatis et fatidici, inter Chaldaeos ut apud nationes exteras, auctoritas. Filiam fatidicam celebrem patris autumabant celebris, ut saepe fit. Ad quam rem haud parum fortasse etiam faciebat, quod legebatur apud Alexandrum Polyhistorum (Chronogr. p. 44) Sibyllae de turris Babylonicae exstructione vaticinium inter Berosi librorum fragmenta ^{f)}. An aliud quid sit statuendum de Justini, Pausaniae et Suidae hac in re testimoniis, sane dubito.

a) Platon. Opp. P. X. p. 315 ed. Bipont.

b) Nomen Sibyllae cujusdam.

c) Quod a מִשְׁבֵּה multum bibere, inebriari, sunt, qui derivent. Vid. Fabric. Bibl. Gr. Tom. XIV. p. 210. Alii Σαμβήθη.

d) An nomen derivandum, quod Semlero (Miscell. lectt. fasc. I. p. 52) placuit, a voce Hebraea שְׂרַמ (Aramaeus)? —

e) Se vidisse Cumae locum, ubi oracula ederet Sibylla, affirmat praeterea Justinus l. l., quod tamen sententiam nostram non frangit.

f) An ex ipsis Berosi libris necne, quaeritur. — Sibyllam hanc disertis verbis Berosianam vocat Moses Choronenfis Hist. Armeniac. I, 5. Vid. etiam quae adversus opinionem

De genethliologiae studio, quo, quod per se facile credi potest, excelluisse dicunt Berosum, et cujus disciplinam (quod praecipue ad rem nostram pertinet), si Vitruvio fides, patefecit in insula Co, nisi sumamus eodem modo rem se habere, quaestio est difficilior. An enim Beroso, sacerdoti in urbe Babylone, liceret, patriam relinquere, ut populos externos doceret rerum coelestium et, ut ita dicam, futurarum cognitionem, in dubium vocari posse videtur; etiamsi de Babyloniorum rebus sacris nihil fere certi inter nos constat. — Nonne autem, quod ab omni verisimilitudine non abest, sumere licet, Berosum in Asiae regionibus et insula Co docuisse astrologiam, priusquam domi munus Beli sacerdotis susciperet? aut vice versa, quod magis placuit Semlero (Miscell. Lectt. Fasc. I. p. 33) a)? Non facile tamen adducar, ut cum viro docto credam, eum etiam Athenis fuisse, ibique obiisse diem supremum, quia legimus apud Plinium (H. N. VII, 39), ei in Gymnasio ibi publice positam esse statuam inaurata lingua, ob praedictiones divinas (ex astrologia petitas). Unde sciverit rem Plinius, per se non valde verisimilem, de qua summum apud Graecos auctores omnes silentium, jure quaeritur. An ex Alexandro Polyhistore, e quo desumfit plurima? Ut sumamus hoc, quod sine indicis certis minime sumserim, tamen non extra omnem dubitationem res posita videtur. In Berosi libris hoc lectum esse, minime credo. Aliunde rem scivisse Polyhistorem necesse est. Errare autem potuit Alexander, quippe qui etiam tradidit memoriae (Vid. Suidam sub voce: *Ἀλέξανδρος Πολύστωρ*), apud Hebraeos olim mulierem fuisse *Μωσώ* appellatam, quae scriberet illis leges, quibus utuntur. — Quae omnia, quomodocunque se habeant, minime valere existimo ad efficiendum, aut omnino non extitisse Berosum, de quo tam inter se pugnantia narrarentur, aut eum in longe remotioribus temporibus vixisse, quam vulgo est creditum.

nostram habet Floerchen in libro: *Apologia vindiciaria pro Beroso Anniano, itemque pro Berosi filia, Sibyllarum novissima*. Hildesii 1759. — Cf. etiam de Sibyllis libri nostri §. 7.

- a) Eum forsitan Babylonem reliquisse putat Semlerus l. l., ut effugeret poenas, quum in Alexandrum, Macedonum regem, mala praedixissent apud Babylonios sacerdotes et vates, Chaldaei, priusquam urbs a Graecis expugnaretur.

Nescivisse Berofum e Babyloniorum, ut vulgo creditur, natione, qui scriberet, quae ei tribuuntur, linguam patriam et ei vernaculam, sunt, qui e librorum reliquiis contendunt. Etsi non audeam asserere, librorum incuria legi in Eusebii et Syncelli libris, quae ab ipsis non scriberentur, de Omoroca aut Omorca (confirmatur enim lectio etiam Chronici Eusebiani versione Armeniaca, quae si Auchero (Praefat. §. 2), qui librum edidit, fides, jam proximo post Eusebium seculo concinnata est); tamen, quae sequitur, verbi explicationem non a Beroso ipso adjectam puto, sed fortasse ab Alexandro Polyhistoro, e quo sua de Beroso sumerent Eusebius et Syncellus. Leguntur apud Syncellum (Chronogr. p. 29):

Ἀρχεῖν δὲ (φησὶ) τούτων πάντων (quae in rerum initio sine omni fere inter se ordine erant procreata) γυναῖκα, ἣ ὄνομα Ὀμορῶκα· εἶναι δὲ τοῦτο Χαλδαῖστί μὲν Θάλατθ, Ἑλληνιστί δὲ μεθερμηνεύεται θάλαττα κ. τ. λ.

Quae Eusebii Chronicon G. A. L. P. I. p. 23 ita habet in Latinis:

Illis omnibus mulierem quamdam, cui nomen Marcaja, imperitavisse; quae Chaldaice Thaladtha vocatur, Graece autem dicitur Thalatta et.

Concedamus itaque, ab Eusebio scripta esse, quae legimus, verba. Quo tamen res acta non videtur. An sciverit Chaldaeorum linguam Eusebius? an Alexander Polyhistor, qui adjecit et confudit, quae viris doctis tantum negotii facessiverunt? Allegat haec Polyhistoris etiam verba, quae corrigere voluisse videtur, Isaacus Vossius in libro: De LXX interpretibus p. 409: Leguntur enim:

Ἀρχεῖν δὲ τούτων πάντων γυναῖκα, ἣ ὄνομα Ὀμορῶκα, εἶναι δὲ τοῦτο Χαλδαϊκὸν μὲν, Ἑλληνιστί δὲ μεθερμηνεύεται θάλασσα.

Ὀμορῶκα, Ὀμόρκα aut (ut in Latinis Chronici Euseb. G. A. L.) Marcaja dictum pro מַרְכַּא (מרְכַּא sal, aqua salsa, mare? — Homer. ἄλς), puto cum Isaaco Vossio l. l. a). — Forte non abs re est, adjicere hic etiam Abydeni verba,

a) Quin sumam, Ὀμορῶκα esse Chaldaeorum solum verbum מַרְכַּא cum praeposito articulo (quod Chronici Euseb. Marcaja probare videtur) obstat, quod Chaldaeis articulus non erat usitatus. — An vox מַרְכַּא (sal) per se mare iis etiam significavit? Quod non prorsus nego. Exempla quidem mihi non obvia.

quem e Beroso sua mutuatum esse, omnia fere dicunt: Euseb. Chronic. G. A. L. P. I. p. 56 in Latinis:

Univerſa, (Abydenus) inquit, (rerum natura) in principio aqua erat, quae appellabatur mare, et Belus imminuebat eas (aquas) et ſingulis regionibus diſtribuebat cet.

Quae nomini Ὁμορῶνα adjecta videmus interpretationis cauſa apud Eusebium ac Syncellum, Alexandri Polyhistoris aut alius cujuſdam eſſe παρανοθεύματα etiam ſuſpicatus eſt Joh. Scaliger (Theſ. Tempp. p. 409 nott. ad Graeca Eusebii), cujuſ hic apponere liceat verba:

Haec non poſſunt eſſe a Beroso. Non enim potuit magis ignorare linguam ſuam, quam Alexander Polyhistor Graecam. Lingua Berosi τὴν θάλασσαν vocat Jamma aut Jammo (𐤒𐤓𐤓), non thalath (𐤒𐤕𐤒), quod ſignificat tria. Itaque ſine dubio Graeculi Polyhistoris παρανοθεύματα ſunt.

A Syncello (Chronogr. p. 29 ed. Goar.) praeterea adjecta eſſe verba: κατὰ δὲ ἰσόψηφον Σελήνη, de quibus multum olim diſputatum a Scaligero (Th. TT. p. 409 nott. ad Graeca Eusebii) et aliis, apparet e Chronico Euseb. G. A. L., ubi haec non leguntur.

Si alia fortatte occurrant in librorum Berosi reliquiis explicatu difficiliora, reputemus, multa nos fugere propter noſtram Chaldaicae linguae in multis incitiam; quippe qui, quae ſcimus de ea, edocti ſumus ab alienigenis, a Judaeis, non a Chaldaeis ipſis. Eorum libri, ſi quos haberent, quod dubitari non poteſt, Chaldaica lingua ſcriptos, ad unum omnes deperierunt. His omnibus accedit, nos non legere Berosi libros ipſos, ſed fragmenta ab aliis aſſervata, mutata forte et mutilata.

§. 6.

In Berosi historiae reliquiis ipſis non obſcura deprehendi puto veſtigia, aut a ſacerdote quodam, quod et alia dicunt teſtimonia, apud Babylonios ex Chaldaeorum ordine ſcriptos eſſe libros, aut certe e Chaldaeorum annalibus, quae narrentur, deſumta. Quo praecipue pertinere exiſtimo magniloquentiam illam, qua, ſic mihi videtur, efficere vult auctor, populum ſuum longe eſſe omnium antiquiſſimum. — Memoratur in Berosi libris (Vid. Syncell. Chronogr. p. 30 et Euseb. Chronic. G. A. L. P. I. p. 31) Sipparenorum urbs, ubi Dei juſſu dicitur abſcondiſſe

Xifuthrus ante diluuium libros de prima rerum origine et iis, quae jam ante tempus suum in terra euenerant. Eandem esse putaverim urbem cum Hippareno, ubi, Plinio teste (Hist. Nat. VI, 30), in schola doctrinae arcana tradebant Chaldaei discipulis. In sua urbe malebant evenisse quam alibi, quae erant memoratu digna^{a)}. — Idem fortasse statuendum de Borsippenorum oppido^{b)}, quo se recepisse dicitur, a Beroso (Joseph. contra Apion. I, 20), Babyloniorum rex ultimus Nabonnedus, quum Babylon urbs a Cyro Persa oppugnaretur. Si, quae nonnullorum est opinio^{c)}, potius Xenophonti (Cyropaed. VII, 5) credere debeamus, Babylone in urbe ipsa obsessum ac interfectum esse Nabonnedum, eo ipso non leve accedit rei nostrae momentum. In suam urbem et quasi ad se, omnibus amissis, confugisse, ibique obsessum et denique captum esse ultimum Babyloniorum regem, Chaldaeus auctor vane gloriabatur. His, quod tamen equidem levius puto argumentum, addas, a Beroso memoriae tradi (Syncell. Chronogr. p. 28 et Euseb. Chronic. G. A. L. P. I. p. 17 sqq.), Oannis et animalium post primam mundi originem imagines tunc temporis adhuc asservatas esse Babylone in templo Beli Dei, cuius ipse erat sacerdos. Nonne hic quasi sacerdotem audire putemus? — — Si quis ad liquidum perduxerit, quod magnam veri speciem habet, Chaldaeos usos esse Saris, Neris ac Sossis in astronomiae ratiocinationibus, usus eorum in Berosi historia prodet auctorem Chaldaeum.

a) A Ptolomaeo commemorata Siphara urbs, quam eandem facere cum Berosi et Abydeni urbe Sipparenorum vel Sipparis nullus dubito. Quid? quod urbem eandem esse cum Pantibiblis (Pautibiblis), oppido in fragmentis apud Eusebium in Chron. G. A. L. P. I. p. 47 et Syncellum in Chronogr. p. 30 obvio, existimaverim. פַּרְסָא, אֶרְפַּרְסָא Chaldaeis erat liber. Graeci in suam linguam transtulerunt verbum. (Deuxponts. Zweibrücken.) In scriptura sacra etiam II Regg. XVII, 30 videtur commemorari urbs. Sepharvaim nominatur. Cf. Cellarii Notit. Orb. Antiq. lib. III. c. 15. §. 17 et Jacksonii Chronologg. Alterthümer etc. (überl. von Windheim. Nürnberg 1756) p. 158. not. 35.

b) Quam Chaldaeorum ordinis fuisse urbem, discimus e Strabone (Geogr. XVI, 1), ubi verba: *Τὰ δὲ Βόρσιππα ἱερὰ πόλις ἐστὶν Ἀρτέμιδος, καὶ Ἀπόλλωνος κ. τ. λ.*

c) Vid. Gesenii: Commentar über den Jesaia. P. I. p. 468.

Difficilior quaestio, an quae refert Alexander Polyhist. de turris Babylonicae exstructione a Diis impedita vento immisso ac quae tribuit Sibyllae, in Berofi historiae libris inveniret necne. Quod etsi temporis ratio postulare videri possit, ut negemus, multa tamen occurrunt, quae illa e Beroso desumpta esse persuadere possint. Addam ipsa Polyhistoris verba, ut leguntur apud Syncellum (Chronographiae p. 44):

!(*Ἀλεξάνδρου τοῦ Πολύστορος, περὶ τῆς πυργοποιΐας.*)

Σίβυλλα δὲ φησιν, ὁμοφώνων ὄντων πάντων ἀνθρώπων τινὰς τούτων πύργον ὑπερμεγέθη οἰκοδομηῆσαι, ὅπως εἰς τὸν οὐρανὸν ἀναβῶσιν· τοὺς δὲ Θεοὺς ἀνέμους ἐμφυσήσαντας ἀνατρέψαι αὐτοὺς, καὶ ἰδίαν ἐκάστῳ φωνὴν δοῦναι· διὸ δὴ Βαβυλῶνα τὴν πόλιν κληθῆναι· μετὰ δὲ τὸν κατακλυσμὸν Τιτᾶνα καὶ Προμηθεῖα γενέσθαι.

Cf. Euseb. Chronic. G. A. L. P. I. p. 38 et, qui ex Eusebio desumpsit, Cyrill. Alex. contra Julian. lib. I. p. 9 ed. Spanhem.

Nullus dubitarem asserere, haec non exstitisse in Berofi libris, sed adjecta esse a Polyhistore aliunde petita, si non eadem fere, omisso Sibyllae nomine, legerentur apud Abydenum (Euseb. Pr. Ev. IX, 14 et ejusd. Chronic. G. A. L. P. I. p. 51 sqq.), quem desumpsisse e Berofi libris, quae de rebus Babylonicis narrat, multa dubitare non sinunt. Verba sunt (Euseb. l. l.):

Ἐντὶ δ' οὐ λέγουσι τοὺς πρώτους ἐκ γῆς ἀνασχόντας, ῥώμη τε καὶ μεγέθει χαννωθέντας, καὶ δὴ Θεῶν καταφρονήσαντας ἀμείνονας εἶναι, πύργον (τύρσιν^a) ἡλίβατον ἀείρειν, ἵνα νῦν Βαβυλῶν ἐστίν· ἤδη τε ἄσσον εἶναι τοῦ οὐρανοῦ· καὶ τοὺς ἀνέμους, Θεοῖσι βωθέντας ἀνατρέψαι περὶ αὐτοῖσι τὸ μηχανήμα· τοῦ δῆτα ἐρείπια λεγέσθαι Βαβυλῶνα· τέως δὲ ὄντας ὁμογλώσσους ἐκ Θεῶν πολύθρα φωνὴν ἐνείκασθαι, μετὰ δὲ Κρόνω τε καὶ Τιτῆνι συστήναι πόλεμον.

Cf. Euseb. Chronic. G. A. L. P. I. p. 52 sqq.

Facile conjecerim, in libros Sibyllinos postea recepta esse, quae jam ante ore et scriptis circumferebantur de

a) Lectio apud Eusebium P. E. IX, 14 (ed. Viger. Colon. 1688): — πύργων τύρσιν κ. τ. λ. Vid. tamen annotationem, quam adjecit Vigerus his verbis.

turris molitione, si non tribueret haec Sibyllae disertis verbis Polyhistor. Quid? quod Iosephus eadem fere habet verba Sibyllae (Antiqq. I, 4, 3), quem praeterea nusquam ad Sibyllas provocasse videmus. Nusquam itidem fecit mentionem ullam Alexandri Polyhistoris, cuius libros non cognovisse, certe non legisse videtur. An igitur verba ex ipsa Berosi historia desumpta? — Leguntur l. l.:

Περὶ δὲ τοῦ πύργου τούτου, καὶ τῆς ἀλλοφρονίας τῶν ἀνθρώπων, μέμνηται καὶ Σίβυλλα, λέγουσα οὕτως· Πάντων ὁμοφώνων ὄντων τῶν ἀνθρώπων, πύργον ἠκοδόμησαν τινες ὑψηλότατον, ὡς ἐπὶ τὸν οὐρανὸν ἀναβησόμενοι δι' αὐτοῦ. Οἱ δὲ Θεοὶ ἀνέμους ἐπέμψαντες, ἀνέτρεψαν τὸν πύργον, καὶ ἰδίαν ἐκάστω φωνὴν ἔδωκαν. Καὶ διὰ τοῦτο Βαβυλῶνα συνέβη κληθῆναι τὴν πόλιν.

Libri, qui sub Sibyllarum nomine circumferebantur apud Christianos jam in primis post C. N. seculis, scripti maximam partem intra temporis quingentorum annorum spatium usque ad annum salutis nostrae 500, paucis tantum exceptis, quae annis 44. 168—170 ante C. N. et longe antea fortasse Judaeos (Alexandrinos?) habebant auctores. Quo pertinet totus fere liber Sibyllinorum tertius. Habemus enim vaticiniorum Sibyllarum libros octo. De tempore tamen, cui singuli debeant originem adhuc ad liquidum perducta non est res ^a). Adjungamus hic,

a) Quae a Christianorum (quas cum Sibyllis Ethnicorum eadem fecerunt ecclesiae Christianae primi scriptores) Sibyllis supersunt vaticinia, octo libris (tot constituunt) saepius edita:

A Xysto Betulejo Basileae a. 1545 in 4 et iterum ibidem, Seb. Castalione curante, a. 1555 in 8. — Bis iterata haec editio in Monumentis SS. Patrum Orthodoxographis Basil. a. 1555 et 1569. — Alia exstat editio Parisiensis a. 1566 in 4.

A Joan. Opsopaeo (Gr. et Lat.) Paris. ter a. 1589, 1599 et 1607 (in 8.). — Haec editio iterata in Biblioth. Vett. Patr. a de la Bigne P. VIII. Paris. (ubi a. 1624. fol. quarta hujus libri prodiit editio).

A Servatio Gallaeo (Gr. et Lat.) Amstel. a. 1689 in 4. — Hanc editionem invenimus etiam in Gallandii Bibl. PP. Venet. (ed. II.) a. 1788.

Prodiit etiam a. 1817 in 8. e codice quodam bibliothecae Ambrosianae, Majo curante, vaticiniorum Sibyllinorum liber decimus quartus; e quo conjici posse videtur, plures olim fuisse inter Christianos Sibyllae oraculorum libros, quam vulgo creditum. Vid. Theologische Zeitschrift, herausgegeben von Schleiermacher, de Wette, und Lücke. Berlin 1819. P. I. p. 123 sqq.

quae in libro tertio de turris exstructione leguntur (Lib. III.

v. 35 sqq.)^{a)}:

Ἄλλ' ὅποταν μέγαλοιο Θεοῦ τελέωνται ἀπειλαί,
 Ἄς ποτ' ἐπηπείλησε βροτοῖς, οἳ πύργον ἔτευξαν
 Χώραν ἐν Ἀσσυρίῃ, ὁμόφωνοι δ' ἦσαν ἅπαντες,
 Καὶ βούλοντ' ἀναβῆν' εἰς οὐρανὸν ἀστερόεντα·
 Ἀντίκα δ' ἀθάνατος (μεγάλην ἐπέθηκεν ἀνάγκην)
 Πνεύμασιν· αὐτὰρ ἔπειτ' ἄνεμοι μέγαν νηόθι πύργον
 ῥίψαν, καὶ θνητοῖσιν ἐπ' ἀλλήλοισι ἔριν ὤρσαν·
 Τουνεκά τοι Βαβυλῶνα βροτοὶ πόλει οὐνοῖ ἐθεντο·
 Αὐτὰρ ἐπεὶ πύργος τ' ἔπεσε γλώσσαι τ' ἀνθρώπων
 Παντοδαπαῖς φωναῖσι διέστρεφον κ. τ. λ.

Si, quae a Sibylla habent Alexander Polyhistor et Josephus, in Berofi libris legerentur, per se tamen non valent ad ea refutanda, quae supra allata sunt veterum de Beroso testimonia. Nihil fere certi constat de tempore, quo in lucem prodirent Sibyllarum prima vaticinia. Jam ab Heraclito et Platone memoratur Sibylla quaedam. An etiam tunc temporis jam litteris consignata esse sumamus vaticinia, quae ederet? Quod sumi posse videtur. — Graecis Berosus scribebat historiam. Graecorum etiam libris usum esse eum, si quos haberet, facile concedes. Subornata scripta a genuinis non fecerbat illa aetas.

Moses Choronenfis, Armenius, in Hist. Armeniac. I, 5 Sibyllam, e cujus vaticiniis quaedam affert, disertis verbis appellat Sibyllam Berosianam. Modo laudaverat auctor Berosum, Chaldaeorum scriptorem, cujus libros eum legisse non ab omni verisimilitudine abest; ac concludi posse videtur desumpta esse ab eo, quae affert Sibyllae vaticinia e Berofi libris.

Legebantur itaque in Berofi libris Sibyllae vaticinia, ac inde fortasse habes etiam fabulae apud Justinum Martyr. aliosque originem de Beroso Sibyllae patre. Vid. Justin. Mart. Cohort. c. LVIII, Pausan. Descript. Graeciae X, 12 et Suid. sub voce Σίβυλλα^{b)}.

§. 8.

Ex ordine Chaldaeorum erat Berosus, Beli Dei sacerdos. Erant Chaldaei sapientes, fatidici et, ut ita dicam,

a) Ex emendatione Bleekii 1. 1.

b) Cf. etiam de Sibyllis libri nostri §. 5.

philosophi inter Babylonios, in plures divisi classes ^{a)}. Scholas habebant Hippareni, Mesopotamiae urbe, Babylonone ipsa, Orchoës, Chaldaeorum oppido et Borsippis, alia Babyloniae urbe ^{b)}. Unde factum sit, ut hi sapientes appellarentur nomine, quod proprie erat populi bellicosi et ferocis, qui seculo ante C. N. septimo e sedibus suis inter montes Armenios ^{c)} irrupuit in Babyloniorum terram, eamque sibi subiecit, plane fere ignotum. Causa latet; res per se constat (Vid. Cic. de Divin. I, 1 et Diod. Sic. II, 29 sqq.). Magi etiam appellabantur a scriptoribus Graecis nonnullis (Laert. V, 6. Plat. in Alcibiade I) ^{d)}. Magna Chaldaeorum apud populum auctoritas. Arbaces subvertit cum Belesi, pontifice maximo, ut ita dicam, apud Babylonios, regnum Sardanapali (Vid. Diod. Sic. II, 24 sqq.) Ab antistite eorum regnum asservatum Nabuchodonosoro regi post mortem patris, eique, quum ipse Babylonem venisset, traditum (Vid. Fragm. e Berosi hist. Chald. lib. III. apud Joseph. contra Apion. I, 20). Alia exempla docti invenient ^{e)}. — E Chaldaeorum ordine eligebantur sacerdotes. —

§. 9.

Babyloniorum, ut omnia dicunt, civitas antiquissima. Memoratur jam in libro omnium, quos quidem nos habemus, vetustissimo, Gen. 10, 8 — 10. A Babyloniiis cultas esse artes statim post prima reipublicae initia, concludi posse videtur ex suscepta turris ingentis constructione, cujus Moses meminit (Gen. XI, 1 — 7). A Belo ex Aegypto deductos esse colonos primos in has regiones, Aegyptii dicunt (Diod. Sic. I, 28 et Pausan. Graeciae Descript. IV, 24). Res per se quidem non valde verisimilis. Belum sideralis scientiae etiam inventorem Babylonii ipsi ferunt. Quod indicium haud obscurum, quo in honore

a) Cf. Brucker: Hist. Philos. P. I. p. 114 sqq. Berthold: Uebersetzung des Daniel cet. p. 811 sqq.

b) Vid. de Chaldaeorum urbibus et scholis Plin. H. N. VI, 30 et Strabo XVI, 1.

c) Cf. Gesenius: Commentar über den Jesaja ad c. 23. v. 13.

d) Chaldaei etiam a scriptoribus Graecis Magi appellati, qui erant Persarum sacerdotes, cum quibus confunduntur. Quod tum maxime factum esse videtur, quum Persae in suam redeissent ditionem Babyloniorum civitatem.

e) Cf. etiam Jes. XLVII, 12 sqq.

jam inde ab aetate antiquissima iis fuerit astronomiae studium ac forsan litterarum in univcrsum, quippe quarum inventionem tribuerent ei, a quo ipsi originem se trahere gloriabantur ^{a)}. Summum tunc de Babylone silentium apud auctores tum profanos, quos vocant, quam sacros, usque ad Herodotum et Ctesiam. Chaldaei, singuli iam antea e sedibus suis in has regiones transgressi, armorum vi in suam potestatem redigebant Babyloniorum urbem ^{b)}. Felicissimus et florentissimus civitatis status sub regibus Chaldaeis primis, Nabupalassaro et Nabuchodonosoro ^{c)}. Deciderunt ac sensim sensimque evanuerunt urbis magnificentia ac opulentia Alexandro M., qui Persarum regno subacto, illam in perpetuum imperii sui sedem facere decreverat, Babylone in urbe mortuo ^{d)}. Seleucia ad Tigrim, condita a Syrorum primis regibus, magnificentia et potentia Babyloni successit. Ad illam permanabant opes, quae Babyloniorum urbem ad felicitatis fastigium evexerant. — Aedificiorum rudera et reliquiae nostris adhuc temporibus testes pristinae urbis magnitudinis et magnificentiae. —

Industria inter omnes populos Babylonii excelluerunt. Ad eos e terrae veniebant regionibus remotissimis, qui merces, quas venderent, apportabant, aut emtas secum ex urbe auferbant. In hanc urbem omnium tunc temporis frequentissimam totius fere orbis confluebant populi. Ibi omnia, quae ad vitae commoditatem erant necessaria. Situs urbis ad duo fere flumina maxima ^{e)}, propinquitas maris rubri, omnia peropportuna populorum commercio. Dum civitas floreret, cives ditissimi. — Aliarum etiam hujus regionis urbium in tempore seriori corrui opulen-

a) Belum (בֵּל, בְּעַל, בַּעַל) dominum significare Babylonii, quem etiam Deum colebant, res doctis omnibus nota. Quibuscum fortasse arcte cohaerent, quae de Belo, primo civitatis conditore, a veteribus narrantur. Nam serioris temporis credo solis (aut, ut alii, quorum sententiam equidem non probo, volunt, stellae Jovis, quam vocant), sub Beli nomine cultum (Diodor. Sic. II, 8. 9). Si ut Deos fidera adorat populus, fidus primum est Sol. Difficile tamen certi quid hac de re statuere. Tenebris obvoluta historia.

b) Anno, ut vulgo creditur, 630 ante C. N.

c) Inde ab 630 usque ad annum 563 ante C. N.

d) A. 323 ante C. N.

e) Ad Euphratem sita urbs non longe aberat a Tigri.

tia, quum populorum inter se magnum commercium aliam sibi aperiret viam ^{a)}).

§. 10.

Nunc ad Babylonios et Berosum redeundum. Colebantur Babylone litterae. Chaldaeorum ordo, ut supra jam dictum, sapientes civitatis. Apud eos populi scientia rerum et eruditio. Quis credet, hos tantum se dedisse astrologiae, omnibus ceteris, quae digna sunt scitu, resputis, etsi illa sibi maximam apud omnes fere nationes comparaverant famam? Nonne Babyloniis artes generis omnis et scientia multarum rerum opus erant ad exstruenda moles et aedificia, quorum ingentem magnitudinem in rudibus ipsis admiramur? ad compescendam Euphratis fluminis vim, qui quotannis, ut Aegyptum Nilus, inundabat terram et foecundabat ^{b)}? Res, cui Aegyptios etiam debuisse in antiquis temporibus animi eruditionem ac artes, multa dicunt. —

An autem sermone etiam Graeco uterentur inter se Babylonii aut in conscribendis libris, alia hic subnascitur quaestio, quum Berosi rerum Chaldaicarum libri Graece conscripti essent. Sua lingua, quam Babylonicam appellare debemus, Chaldaicam appellamus, utebatur populus. Babylone tamen in urbe etiam commorata esse Graecorum magnam multitudinem commercii causa et ob vicinitatem amoenitatemque regionis, per se jam non est ab omni verisimilitudine alienum et confirmatur etiam auctorum veterum testimoniis (Plin. H. N. VI, 30). Cogitemus praeterea de Graecorum in Aegypto multitudine, qui mox Alexandriae, hujus terrae urbe, scholas aperiebant. Nonne tale quid etiam, de Babylone sumere possumus, etiam si nullo veterum auctorum testimonio res confirmetur? — Certe non ignota lingua Graecorum Babyloniiorum populi doctioribus. — An Graecos etiam et alienigenas ex populis ceteris in ordinem suum reciperent Chaldaei, nulla habemus apud scriptores veteres certa indicia ^{c)}. —

a) A Lusitanis mari inventa circa promontorium Bonae Spei saeculo decimo quinto exeunti.

b) Eo magis, quia terrae a flumine irrigatio arte et operarum incolarum potissimum efficeretur.

c) Vid. tamen Dan. c. V. VI., quae quomodo huc pertinere videntur.

§. 11.

E templi annalibus se hausisse historiam temporum antiquorum disertis verbis affirmat, Alexandro Polyhistoro teste, Berofus in libro rerum Chaldaicarum primo. Per se ipsam res non refellitur. Asservatas esse enim Babylone, ut in templo Hierosolymitano et apud Aegyptios a), de pristino rerum statu narrationes quasdam literis consignatas, facile sumemus. —

Praetermissis iis, quae in prioribus historiarum Berofi libris narrantur de aetate longissima et omnem fidem excedente primorum ante diluvium regum, de diluvio ipso et aliis ejusdem generis; — non parva accedit fides Berofus ex pristinae magnitudinis urbis relictis a tempore vestigiis, quippe quibus, quoad per se fieri possit, quae de ea Berofus tradidit, optime confirmantur. Testes rei, qui nostris temporibus regionem istam viderunt b).

§. 12.

An legeret Berofus Hebraeorum libros, quaerent, qui attento animo Chaldaeorum historiam perlustrant. Tam multa cum scriptura sacra in iis consentanea, quo

a) Cogitemus de Manethone, quem hausisse, quae memoriae traderet, e templorum monumentis aut annalibus, testis est, praeter ceteros, Josephus (Contra Apion. I, 14).

b) Non mihi temperare potui, quin adjicerem hic, quae habet hac de re vir doctissimus Heeren (in: Ideen über die Politik, den Verkehr u. Handel der Völker d. alt. Welt P. II. p. 182): Die Nachrichten des Josephus (von der dreifachen Mauer, womit Nebucadnezar die Stadt umgab u. s. w., entlehnt aus Berofus *) werden durch die noch vorhandenen Ueberbleibsel (nur mit Ausnahme der äußern Mauer, wovon keine Spur mehr vorhanden ist) auf eine auffallende Weise bestätigt, sobald man den Begriff der Residenz in dem Umfange nimmt, wie er offenbar hier genommen werden muß. Denn nicht ein bloßer Pallast ist darunter zu verstehen, sondern eine Abtheilung der östlichen Stadt, welche sowol den eigentlichen Pallast nebst den schwebenden Gärten und vielen andern großen Gebäuden enthielt; aber auch durch eine dreifache Circumvallationslinie befestigt war. Und die Spuren von diesen Allen lassen sich noch jetzt mit derjenigen Bestimmtheit nachweisen, welche möglicher Weise hier erwartet werden kann.

*) Joseph. contra Apion. I, 20.

praecipue pertinet narratio de Xifuthro in diluvio cum familia et animalibus servato. — Sane difficilis est quaestio. Res per se nihil fere probare videtur. De terra vastata per diluvium apud omnes regionis illius populos ferebatur narratio. Cogites de Graecis, qui idem fere de Deucalione narrant (Apollodor. Bibl. I, 7). Quid? quod ipsam columbam non praetermittant? Plutarch. in libro: *Ποτέρα τῶν ζώων φρονιμωτέρα, τὰ χερσαῖα ἢ τὰ ἐνδρα*; cap. 13^a):

Οἱ μὲν οὖν μυθολόγοι τῷ Δευκαλίωνι φασὶ περιστέραν ἐκ τῆς λάρακος ἀφιεμένην, δῆλωμα γενέσθαι, χειμῶνος μὲν εἰσὼ πάλιν ἐνδυομένην, εὐδίας δὲ, ἀπὸ πᾶσαν.

In Phrygiae regionibus inventi sunt nummi e Septimii Severi imperatoris temporibus, qui nomen Noachi ipsum non omittunt^b). Navigium in eis conspicimus natans super undis cum ave evolanti. Quid clarius, his respici ad diluvium^c)?

Jam ante Berofi tempora inter templi annales potuerunt esse consignata litteris, quae ex illis, ut affirmat ipse, memoriae tradebat. —

Attamen verisimile mihi quidem est, Beroso cognitos fuisse Hebraeorum libros. In Babyloniorum regno maxima Judaeorum multitudo. Magna pars eorum, quos Nabuchodonosor (Nebucadnezar) captivos secum deduxerat, nunquam rediit in patriam. Amoenitas urbis et regionis plures postea allexit^d). Judaeorum sermo non ita dissimilis linguae Babylonicae, ut sacerdotem inter Chaldaeos nescivisse eam sumere possimus. Habuit itaque Berofus, sic videtur, Hebraeorum libros et legit. Quid? quod in ipsis historiae Chaldaeorum reliquiis quoddam rei

a) Vid. Plutarch. Morall. ed. Wytttenbach Oxon. a. 1797. Tom IV. p. 930.

b) Legitur in iis nomen ΝΩ. Vid. Buttmann: Ueber den Mythos der Sündfluth. Berlin 1812. p. 25.

c) Memoratur praeterea a Luciano (De Syria Dea 12. 13) diluvium quoddam in Syriae regionibus, e quo solus servabatur *Δευκαλίων Σκύθης*. Quid sibi hic velit nomen *Σκύθης*, non video. Num forsan intelligendus sit, quae erat opinio ven. Buttmanni, Babyloniorum *Σισύθης* vel *Σισούθης* (*Σίσουθρος*)? Vid. librum Buttmanni modo laud.

d) De Judaeorum multitudine in seriori tempore Babylone in urbe et in vicinitate commoranti vid. Joseph. Antiqq. XV, 2, 2 et XV, 3, 1.

vestigium deprehendi existimaverim. Legimus apud Josephum Antiqq. I, 7, 2:

Μνημονεύει δὲ τοῦ πατρὸς ἡμῶν Ἀβραάμου Βηρωσσὸς, οὐκ ὀνομάζων, λέγων δ' οὕτως· Μετὰ τὸν κατακλισμὸν δεκάτῃ γενεᾷ ^{a)} παρὰ Χαλδαίοις τις ἦν δίκαιος ἀνὴρ καὶ μέγας, καὶ τὰ οὐράνια ἔμπειρος.

An Abrahamus is fuerit Chaldaeis, de quo litteris mandarent in templorum annalibus? An forte Abrahami nomen non legimus apud Berofum, ne ipse ex Hebraeorum libris desumfisse, quae narrabat, deprehenderetur? An deceptus sit forte Josephus, quum apud Berofum forsan nullus prorsus sermo de Abrahamo? In medio rem relinquimus. —

Decem Beroso ante diluvium reges; decem Hebraeis ab Adamo usque ad Noachum generationes (Gen. V, 1 sqq.):

- | | | |
|----------|---------------|-----------------|
| 1. Adam. | 4. Kenan. | 7. Hanoch. |
| 2. Seth. | 5. Mahalalel. | 8. Methusalach. |
| 3. Enos. | 6. Jered. | 9. Lemech. |
| | 10. Noach. | |

An haec omnia fortuita? —

§. 13.

Scriptit Berofus tribus libris Chaldaeorum historiam atque, si veterum testimoniis fides, varia de astronomia et rebus philosophicis. Audiamus ante omnes Josephum (Contra Apion. I, 19):

Βηρωσσὸς, ἀνὴρ Χαλδαῖος μὲν τὸ γένος, γνώριμος δὲ τοῖς περὶ παιδείαν ἀναστρεφόμενοις, ἐπειδὴ περὶ τε ἀστρονομίας, καὶ περὶ τῶν παρὰ Χαλδαίοις φιλοσοφουμένων αὐτὸς εἰς τοὺς Ἕλληνας ἐξήνεγκε τὰς συγγραφάς ^{b)}.

atque multis Berosi verbis ipsissimis interjectis:

Ταῦτα μὲν οὗτος ἱστορήσε — — — ἐν τῇ τρίτῃ βίβλῳ τῶν Χαλδαϊκῶν κ. τ. λ.

a) Vixisse Abrahamum in undecima post diluvium generatione, dicit LXX virorum interpretatio Graeca. Insertus proavorum Abrahami seriei Cainan, cujus nomen in Bibliorum textu originali non obvium. Vid. Gen. XI, 10 sqq.

b) De astronomia et rebus philosophicis, praeter Chaldaeorum historiam, libros seorsim edidisse Berofum, ex eo conjecerim, quod, quae leguntur ab eo de rebus coelestibus in fragmentis, quae supersunt, vix locum invenire poterunt in historiae libris. De his infra in adnott.

Commemorantur praeterea Berofi rerum Chaldaicarum libri a Iosepho Antiqq. I, 3, 6 necnon X, 1, 4.

Etiam Tatianus, qui e Juba, quae habet hac de re, desumfit, testis est (in libro adv. Graecos c. LVIII), a Beroso tribus libris conscriptam esse Chaldaeorum historiam. Verba supra jam memorata. Cf. Euseb. Pr. Ev. X, 11, Clem. Alex. Strom. I. p. 329 ed. Sylburg. et Admonit. ad Gentes p. 43, ubi similiter memorantur Berofi historiarum libri tres.

Eusebii praeterea de Beroso, Chaldaeorum historiae scriptore testimonia leguntur in Chronic. G. A. L. P. I. p. 17, ubi Latina:

Berosus in primo rerum Babyloniarum volumine --- ait cet.

Libri rerum Chaldaicarum tertii e Iosepho idem meminit Eusebius cum Syncello. Vid. Eusebii Chronic. G. A. L. P. I. p. 69. et Georgii Syncelli Chronograph. p. 28 et 221 (ed. Goar.). —

Subnascitur hic quaestio, an iidem fuerint Berofi rerum Chaldaicarum libri et Babyloniarum necne. Cui optime responderi videtur si perpendimus, sexcenties inter se permutari a scriptoribus antiquis Chaldaeos et Babylonios. Babylonium appellat Berosum Tatianus (adv. Grr. c. LVIII), quem Chaldaeum vocat Iosephus et alii. His addas Syncellum, qui, quum modo (Chronograph. p. 28) librum Berofi rerum Babyloniarum primum commemoraret, mox (p. 31) adjicit, desumpta esse, quae nunc referat, ex Alexandro Polyhistoro et Beroso res Chaldaicas minime ad veritatem narranti, sed plurima confingenti (— ἀπὸ Βηρωσσοῦ τοῦ τὰ Χαλδαϊκὰ ψευδηγοροῦντος) ^{a)}.

§. 14.

Mentionem fecerunt Berofi et librorum ejus inter veteres scriptores permulti ^{b)}. Ut alios hic praetermittamus,

a) Odio habebat Berosum Syncellus ob ingentes annorum, quos primis tribuebat regibus, numeros et alia generis ejusdem.

b) Auctores veteres, qui Berofi meminerunt inter Graecos: Flavius Iosephus, Tatianus, Theophilus Antiochenus, Clemens Alexandrinus, Eusebius, Georgius Syncellus, Joannes Zonaras, Plutarchus, Athenaeus, Agathias, Joannes Stobaeus, necnon scriptores Chronici Paschalis

quorum testimonia nimis vaga sunt et brevia, dicemus nunc de Josepho, Clemente Alex., Eusebio et Syncello, qui ceteris paulo accuratius de eo egerunt. Unde desumerent, quae habent, an ipsi legerent Berofi libros necne, ante omnia quaeri debet, ut inde constituamus, quatenus eorum testimoniis fides habenda sit. —

De Syncello facilis est res. Nulla fere in libro suo, quae non etiam legantur in Chronico Eusebii, quem de Beroso totum fere exscripsit. Cf. Syncell. Chronograph. p. 28 sqq. cum Euseb. Chronic. G. A. L. P. I. p. 17, necnon Syncell. Chronogr. p. 220 sq. cum Eusebii Chronic. P. I. p. 63 sqq; ubi quae habet ex Josepho desumpsit Eusebius (Vid. Joseph. contra Apion. I, 19). —

Ut Syncellus, sic etiam Eusebius non legit Berofi historiae libros, ad quos saepissime provocat. An ex Josepho (cf. Euseb. Pr. Ev. IX, 11 cum Josephi Antiqq. I, 3, 6; Euseb. Pr. Ev. IX, 40 cum Josephi c. Apion. I, 19. 20; et Euseb. Chronic. G. A. L. P. I. p. 62 cum Joseph. c. Apion. I, 19), Tatiano (cf. Euseb. Pr. Ev. X, 11 cum Tatian. adv. Graec. c. LVIII. p. 171 ed. Paris. et Colon.), et Alexandro Polyhystore (vid. Euseb. Chronic. G. A. L. P. I. p. 26) hausturus fuisset Eusebius, si ipsi Berofi libros evolvere liceret? —

Tatianus non inspexit Berofi Chaldaicarum rerum libros. In aperto res est. Se e Juba desumpsisse, quae habet de Beroso, ipse disertis verbis indicat (Adv. Graec. c. LVIII). —

De Clemente Alex. idem statuendum. Ad Jubam de rebus Berofi testem provocat ipsis Tatiani, quem exscripsit, verbis (Vid. Clem. Alex. Stromm. I. p. 329 ed. Sylburg.). —

Josephum autem, etsi disertis verbis id nec indicat nec negat, autem oculos habuisse Berofi Chaldaeorum historiae libros, plura sunt, quae persuadeant. Multa habet e Beroso, quae unde sumeret non indicavit. Desumpsisse videtur e Berofi libris ipsis. Ut facilius feras iudicium,

(Alexandrini) et Chronici Graeci; inter Latinos: Tertullianus, Hieronymus, Vitruvius, Seneca, Plinius (H. N.), Censorinus et inter Armenios Moses Choronenfis. — Praeterea nominis Berofi mentionem aliquam fecerunt: Pausanias, Justinus Martyr, Suidas (sub voce *Σιβυλλα*) et Hesychius. — Vid. Fabricii Bibl. Gr. Tom. XIV. p. 175 — 211.

ipse audias Josephum Chaldaei scriptoris verba laudantem (Jof. c. Apion. I, 19):

--- *Αὐτὰ δὲ παραθήσομαι τὰ τοῦ Βηρωσσοῦ τοῦτον ἔχοντα τὸν τρόπον κ. τ. λ.*

Huc, ni fallor, quodammodo pertinent etiam verba Josephi (Antiqq. I, 7, 2) supra jam allata:

Μνημονεύει δὲ τοῦ πατρὸς ἡμῶν Ἀβράμου Βηρωσσός, οὐκ ὀνομάζων, λέγων δ' οὕτως κ. τ. λ.

Percensere praeterea videtur Josephus (c. Apion. I, 19) breviter priorum Berosi historiae librorum argumenta, quod in promptu erat, si eos haberet ante oculos. —

Legit Josephus Berosi libros. At in Alexandro Polyhistoro et Juba tertio videtur res, si ad Tatianum, Clementem Alex., et Eusebium de rebus Berosi provocamus.

Alexander Cornelius Polyhistor, natus in Jonia ^{a)} aut Phrygia ^{b)}, philosophiae doctorem habuit Cratetem. Ipse magnam sibi comparavit eruditionis famam, quod jam cognomen indicat. Captus in bello a Romanis gesto adversus Mithridatem, Ponti regem, emtus est a Cornelio Lentulo, qui eum filiis suis praeceptorem dedit. Accepit alterum cognomen e domini, quod Romanis solemne erat, nomine, ita ut Alexander Cornelius Polyhistor appellaretur. Romae vivebat Syllae temporibus i. e. circa annum 85 ante C. N. Libertate donatus a Lentulo in incendii flammis, quo aedes ipsius consumebantur, periit. Magna scriptorum ejus multitudo, quae tamen ad unum omnia deperiere. Suidas haec de eo habet:

Ἀλέξανδρος ὁ Μιλήσιος, ὃς Πολύιστος ἐπεκλήθη, καὶ Κορήλιος· διότι Κορηλίῳ Λεντούλῳ αἰχμαλωτισθεὶς ἐπράθη, καὶ αὐτῷ παιδαγωγὸς ἐγένετο. Εἶτα ἠλευθερώθη. Ἦν δὲ ἐν Ῥώμῃ ἐπὶ τῶν Σύλλα χρόνων καὶ ἐπὶ τὰδε. Ἀνηρέθη δὲ ἐν Λαυρενταῖς, ὑπὸ πύργου τῆς οἰκίας φθαρείσης· καὶ ἡ γυνὴ αὐτοῦ Ἑλένη μαθοῦσα τὸ συμβᾶν, ἀπήγατο. Ἦν δὲ γραμματικὸς τῶν Κράτητος μαθητῶν. Οὗτος συνέγραψε βιβλία ἀριθμοῦ κρείττω· καὶ περὶ Ῥώμης βιβλία πέντε. Ἐν τούτοις λέγει, ὡς γυνὴ γέγονε Ἑβραία Μωσῶ, ἧς ἐστὶ σύγγραμμα ὃ παρ' Ἑβραίοις νόμος.

a) Suidas, sub voce: Ἀλέξανδρος Πολύιστος.

b) Stephanus Byzantinus: De urbibus et populis, sub voce: Κοτιύειον.

Stephanus Byzantinus (in libro: De Urbibus et Populis cet.) natum eum dicit Cotiaëi, Phrygiae urbe. Ab eodem dicitur fuisse Asclepiadae filius (aut discipulus? ^a) et scripsisse de rebus omnis generis libros quadraginta duo. Verba sunt (Steph. Byz. sub voce: Κοιτιάειον):

Κοιτιάειον, πόλις τῆς ἐπιτιήτου Φρυγίας. Στράβων β'. — — — Ἐνθα ἦν Ἀλέξανδρος ὁ Ἀσκληπιάδου, γραμματικὸς πολυμαθέστατος, χρηματίζων· ὃς περὶ παντοδαπῆς ἑλῆς τεσσαράκοντα δύο ἔγραψε λόγους.

Librum Alexandri primum de Judaeis (Περὶ Ἰουδαίων) citat Cl-mens Alex. Stromm. I. p. 332 (ed. Sylburg.) et Eusebius Pr. Ev. IX, 17, qui magnis ibidem eum celebrat laudibus. Verba sunt:

*Συνάδει δὲ τούτοις ὁ Πολύστον Ἀλέξανδρος, πολύ-
ρους ὢν καὶ πολυμαθὴς ἀνὴρ, τοῖς τε μὴ πάρεργον
τὸν ἀπὸ παιδείας καρπὸν πεποιτημένοις Ἕλλησιν γνω-
ριμώτατος, ὃς ἐν τῇ περὶ Ἰουδαίων σηητάξει — —
ἱστορεῖ κ. τ. λ.*

Multa ex Alexandro mutuatum esse Plinium in H. N. dubitari non potest; quum ad ipsum disertis verbis saepe provocat. Vid. Plin. H. N. III, 21. VII, 49. IX, 56. XIII, 39. XVI, 6. XXXVI, 17 (ed. Harduin.).

Alexandri Polyhistoris praeterea mentionem fecerunt Plutarchus et Photius Cod. 188. —

Effici posse autem videtur, nec Alexandrum Polyhistorum Berosi Chaldaei libros ipsos legisse, quum ad Apollodorum de rebus Berosi provocat. Vid. Euseb. Chronic. G. A. L. P. I. p. 10 et 20 atque Syncell. Chronograph. p. 39.

Cf. de Alexandro Polyh. Vossius: De Historicis Graecis lib. I. c. 22. Fabricius: Bibl. Gr. lib. III. p. 288 et Encyclopädie der Wissenschaften und Künste von Ersch und Gruber, sub voce: Alexander Polyhistor.

Erat Juba (Ἰόβας ^b) noster, qui ipse postea rex Mauritaniae factus est, Jubae (senioris), Numidia regis, filius ^c). Patre, qui a partibus Pompeji steterat, pugna

a) Ita vertenda esse verba ὁ Ἀσκληπιάδου existimavit, qui Stephanus librum edidit, Berkelius, quum etiam alicubi genitivus casus hac significatione occurrat. Haec autem per se neutiquam sufficiunt ad interpretationem stabiliendam.

b) Nomen varie scriptum a Graecis Ἰόβας (Plutarch., Aprian., Euseb.) Ἰούβας (Clement. Alex.) et Ἰούβας (Strab. Dio Cass.)

c) Natus, ut videtur, circa a. 50 ante C. N.

dévicto ^{a)} a Caesare, captivus puer ^{b)} Romam deductus est, ut triumphi gloriam augeret. Retentus ibidem longum per tempus totum se dedit litterarum studio ^{c)}, ex quo eum haud mediocres collegisse fructus, testes sunt, quos habemus libros ab eo scriptos. Post proelium navale ad Actium ^{d)}, cui, Augusti ^{e)} miles, interfuerat, tandem reversus in patriam et ab eo ^{f)} in regnum restitutus ac potentia auctus ^{g)} nunquam desit colere litteras. Magna, quam sibi comparaverat, eruditionis fama. Plinius de eo (H. N. V, 1):

Juba — — — studiorum claritate memorabilior etiam quam regno.

Plutarchus (Sertor. c. 9):

Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἀνακείσθω τῇ Ἰόβα χάριτι, τοῦ πάντων ἱστορικωτάτου βασιλέως.

Athenaeus (Deipnos. lib. III, 47 (p. 83 ed. Casaubon. Lugduni a. 1657):

Ἀιμιλιανὸς δὲ ἔλεγεν Ἰόβαν, τὸν Μαυρουσίω ^{h)} βασιλέα, ἄνδρα πολυμαθέστατον ἐν τοῖς περὶ Αἰβύης συγγράμμασι μνημονεύοντα κ. τ. λ.

Suidas (sub voce: Ἰόβας):

Ἰόβας — — — ἔγραψε πᾶν πόλλα ⁱ⁾.

Scripterat Juba praeter alia permulta, quae ad rerum naturalium pertinent cognitionem, Arabiae historiam, cujus meminit Plinius (H. N. XII, 31 (14)). Verba sunt:

-
- a) Desperans salutis suae se ipse post pugnam amissam interfecit.
- b) Quatuor aut quinque annos natus. Cf. Appian. de Bello Civ. II, 101 et Plutarch. Caes. c. 55.
- c) Plutarch. Caes. c. 55: *Τότε καὶ Ἰόβας, υἱὸς ὧν ἐκείνου (scil. Ἰόβα τοῦ βασιλέως), κομιδῇ νήπιος, ἐν τῷ θριάμβῳ παρήχθη, μακαριωτάτην ἀλούς ἄλωσιν, ἐκ βαρβάρου καὶ Νομάδος Ἑλλήνων τοῖς πολυμαθεστάτοις ἐναριθμὸς γενέσθαι συγγραφεῖσι.*
- d) Die 2 Sept. a. 31 ante C. N.
- e) Octavianus anno 27 ante C. N., quarto post Actiacam pugnam, Augusti nomen assumpsit.
- f) Dio Cass. lib. LI, 15.
- g) Augustus pro Numidia, regno paterno, Mauritaniam Caesariensem, quae Bocchi, et Tingitanam, quae Bogudis fuerat, Jubae dedit. Vid. Strab. XVII, 3.
- h) Strab. XVII, 3: — — *Μαυρούσιοι μὲν ὑπὸ τῶν Ἑλλήνων λεγόμενοι, Αἰβυκὸν ἔθνος μέγα καὶ εὐδαιμον, Μαῦροι δὲ ὑπὸ τῶν Ῥωμαίων.*
- i) Quae praeterea habet Suidas (sub voce: Ἰόβας) de Juba virgibus a Romanis caeso parum fidei merentur.

Juba rex iis voluminibus, quae scripsit ad Cajum Caesarem, Augusti filium, ardentem fama Arabiae, tradit ^{a)} cet.

Jubam scripsisse duobus libris Affyriorum historiam, discimus e Tatiano (Adv. Graecos c. LVIII). Cf. etiam Clementem Alex. et Eusebium (Pr. Ev.). Verba supra ^{b)} allata.

Scripsit praeterea de antiquitatibus Romanis libros, ac alia, quae tempus jam pridem absorpsit. —

Gaetulorum seditione, quos, si Dion. Cass. LIII, 26 fides, Jubae imperio itidem subjecerat Augustus, ope Romanorum a Juba pacata ^{c)}, post multos imperii a bellis quieti annos, amatus a populo suo et Romanis amicus diem obiit supremum intra annum decimum sextum et vicesimum tertium post C. N. ^{d)}.

Berosi libros legisse et quadam ex parte exscripsisse videntur: Abydenus ac Apollodorus, e quorum scriptis itidem pauca tantum fragmenta supersunt ^{e)}.

De aetate Abydeni (*Ἀβυδηνός* Graecis vocatur, et *Ἀβιδηνός*, *Ἀβυδινός*, *Ἀβιδινός* ac *Ἀβιδυρός*) sane diffi-

a) Cf. Plin. H. N. VI, 32 (27).

b) Vide libri nostri §. 3.

c) Anno 6 post C. N. Vid. Dio Cassius LV, 28.

d) Vid. de Juba ac ejus scriptis Sevini librum: *Recherches sur la vie et sur les ouvrages de Juba le jeune* cet. in: *Memoires de l'Academie Royale des Inscriptions* cet. A la Haye 1724. Tom. VI. p. 143 sqq. Vossium: *De Historicis GG.* lib. II. c. 6 et Saxi *Onomasticon Literar.* cet. Trajecti ad Rhenum a. 1775. P. I. p. 178. (Ed. II.).

e) Meminit praeterea Berosi Sextus Julius Africanus, Syrus ex Emaunte sub Antonino Heliogabalo et Alexandro Severo clarus, (Cf. Syncell. Chronogr. p. 80) in *Chronographia*, quam quinque libris edidit. (Vid. Euseb., Photius, Syncell. et Suidas). Opus temporis periit invidia, ut cetera, quae scripserat. In reliquiis scriptorum, quae in lucem emiserat, nulla fere de Berosi vitae conditione mentio, etsi rerum Chaldaicarum libros ejus legisse videtur. (Vid. de eo: Fabricii *Bibl. Gr.* lib. III. c. 24, Tillemont: *Memoires de l'histoire ecclesiastique* Tom. III. Part. II. p. 32 sqq. ed. Bruxell. a. 1699 et alios). — An Annianus et Panodorus, in Aegypto monachi seculo quinto ineunte (qui vituperabant Eusebium, quod non intellexisset, Beroso Sarum esse 3600 dierum, non annorum, temporis spatium, Nerum 600 dierum cet.), Berosi rerum Chaldaicarum libros ipsos legerent, sane dubitari potest (Vid. Syncell. Chronogr. p. 34. 35).

cilis est quaestio. Quod jam ingenue professus est Scaliger (Op. de Emendatione Tempp. Veterum Fragmentt. selectt. p. 19, ubi verba: „Scripsit Abydenus Assyriaca. In praesentia nihil nobis de ejus seculo succurrit. Studiosi invenient.”). — A nullo aetatis istius scriptore usque ad Eusebium Pamphili nomen ejus memoratum invenimus ^a). Eum Assyriorum scripsisse historiam discimus ex Eusebio (Pr. Ev. IX, 12) ubi verba:

Ἐγὼ δὲ σοὶ τὰ Μηδικὰ καὶ Ἀσσύρια διελθὼν ἐκ τῆς Ἀβυδηνοῦ γραφῆς, περὶ τῆς αὐτῆς ἱστορίας τάςδε τοῦ ἀνδρὸς παραθήσομαι τὰς λέξεις κ. τ. λ.

et Pr. Ev. IX, 41, ubi leguntur:

Εὐρον δὲ καὶ ἐν τῇ Ἀβυδηνοῦ περὶ Ἀσσυρίων γραφῇ περὶ τοῦ Ναβουχοδονόσορ ταῦτα· Μεγασθένης δὲ φησι κ. τ. λ.

Cf. etiam ejusd. Pr. Ev. IX, 14.

Fragmenta ex Abydeni de rebus Assyriacis libris inveniuntur apud Eusebium (Pr. Ev. IX, 12. 14. 41. et Chronic. G. A. L. P. I. p. 46 sqq.), Cyrillum Alex. (Contra Julian. p. 9 ed. Spanhem.), Syncellum (Chronograph. p. 38 sq. et 44) et Mosen Choronensem (Armenium) (in Histor. Armeniacae libro I. p. 7 ed. Whilston. Londin. a. 1736).

Abydenum e Megasthenis rerum Indicarum libris haud pauca forsitan mutuatum esse, edocemur ab Eusebio (Pr. Ev. IX, 41). — Vixit Megasthenes Seleuci, primi Syriae regis, temporibus. (Vid. Clem. Alex. Stromin. I. p. 305, ubi verba: — *Μεγασθένης ὁ συγγραφεὺς, ὁ Σελεύκῳ τῷ Νικάτορι συμβεβιωκῶς, ἐν τῇ τρίτῃ τῶν Ἰνδικῶν ὡς γράφει κ. τ. λ.*) Eum in Indiam ipsam iter fecisse, ut accuratiorem terrae sibi acquireret cognitionem, memoriae tradiderunt Plinius (H. N. VI, 21 ed. Harduin.) et Solinus (LII, 3). — Cf. etiam Euseb. Pr. Ev. IX, 6, qui e Clemente verba desumfit. — Abydenum de rebus

a) Miramur itaque, unde sciverit doctissimus Baur (in: Encyclopädie d. WW. u. KK. von Ersch und Gruber, sub voce: Abydenus), Abydenum Berosi Chaldaei fuisse discipulum ac vixisse circa a. 268 ante C. N. Verba sunt: Abydenus, einer der ältesten Griechischen Geschichtschreiber, Zeitgenoss und Schüler des Chaldäischen Griechen Berosus, vor Chr. Geb. 268. Er schrieb eine Geschichte des Chaldäischen Reichs cet. — Ingenue confiteor, rei nostrae de Berosi librorum antiquitate non leve accessurum momentum, si adstruere possimus cum viro docto, eodem fere tempore vixisse Berosum et Abydenum.

Babylonicis exscripsisse Berofi libros, dicunt, quae ex utriusque scriptis supersunt fragmenta apud auctores veteres. Polyhistor brevior in multis, habet passim, quae a quod illum desiderantur. Vid. Eusebii Chronicon G. A. L. P. I. p. 77 sqq.

Et si aetas Abydeni incertissima, sumi tamen posse videtur, eum vixisse ante Alexandrum Polyhistorum ^{a)}.

Apollodorus Grammaticus Atheniensis, Asclepiadae filius, doctorem habuit in philosophia Panaetium et in grammaticis Aristarchum. Suidas (sub voce: Ἀπολλόδωρος) de eo habet:

Ἀπολλόδωρος Ἀσκληπιάδου, γραμματικὸς, εἰς τῶν Παναιτίου τοῦ Ροδίου φιλοσόφου καὶ Ἀριστάρχου τοῦ γραμματικοῦ μαθητῶν, Ἀθηναῖος τὸ γένος κ. τ. λ.

Aetas ejus incidit in tempus, quo eversae sunt a Romanis Carthago et Corinthus urbes. Vixit igitur circa annum 140 ante C. N. — Supersunt ejus Bibliothecae sive de deorum origine libri tres. Perierunt ceteri. — Scripsit praeterea Chronicorum libros quatuor et alia permulta, quae ad unum omnia intercidere. — Apollodori Bibliotheca saepe edita; optime ab Heynio: Apollodori Bibliothecae libri tres. Goettingae a. 1783 et iterum ibid. a. 1803.

An autem hic fuerit Apollodorus ^{b)}, e quo sua de Beroso ex parte desumpsisse videtur Alexander Polyhistor, non satis constat. In bibliotheca, quam vocant, Apollodorum egisse de Graecorum origine, de heroibus, de Diis, aliisque, quae Graeciam spectabant, testes sunt, praeter Photium, qui nobis ab Apollodoro supersunt libri. An autem de Babylonionii populi primordiis etiam in ea egerit, in dubium vocari posse videtur. Liceat addere hic quae de Apollodoro habet Photius (Bibl. Cod. CLXXXVI, fin.) ^{c)}:

Βιβλιοθήκη αὐτοῦ (scil. βιβλιοδαρίω) ἢ ἐπιγραφή· περιεῖχε τὰ παλαιώτατα τῶν Ἑλλήνων, ὅσα τε περὶ Θεῶν καὶ ἡρώων ὁ χρόνος αὐτοῖς δοξάζειν ἔδωκεν, ὀνομασίας ποταμῶν, καὶ χωρῶν, καὶ ἔθνων, καὶ πόλεων·

- a) Non defuerunt, qui Abydenum nostrum eundem esse cum Palaephato Abydeno (ex Abydo urbe), Aristotelis discipulo, crederent. (Vid. Moreri Dictionnaire historique, sub voce: Abydene.) Quae sententia tamen a multis refutata. Cf. Fabricii Bibl. Gr. I, 22, 5 et Vossius: De Hist. Graec. I, 9.
- b) Quod Goario placuisse videtur in Adnott. ad Syncellum (ad p. 34) p. 12.
- c) Photii Myriobiblon sive Bibliotheca ed. Hoefchel. Rothomagi 1653. p. 457 et 458.

οθεν καὶ τὰ πολλὰ, ὅσα εἰς τὸ ἀρχαῖον ἀνατρέχει, καὶ κάτεισι μέχρι τῶν Τρωϊκῶν, καὶ ἀνδρῶν τινῶν πρὸς ἀλλήλους μάχας καὶ ἔργα ἐπιτρέχων, καὶ τῶν ἀπὸ Τροίας πλάνων τινῶν, μάλιστα Ὀδυσσεύς, εἰς ὃν αὐτῶ καὶ ἡ ἀρχαιολογία καταλήγει κ. τ. λ.

E Chronicis, quae scripserat Apollodorus Atheniensis, forte desumpta esse, quae habet de Babyloniae antiquissimis regibus apud Syncellum Alexander Polyhistor, multo quidem virisimilius; etsi rem minime extra omnem dubitationem positam existimeim. Chronica scripta fuisse versibus jambicis refert Scymnus Chius ^a). Pedestri sermone sunt scripta, quae legimus ex Apollodoro apud Syncellum (Chronograph. p. 28 sqq. et 39 sqq.) ^b). Lubentissime quidem confiteor, haec plane rem non evertere. Incertam reddunt. —

Nonne hic fortasse cogitandum sit de Apollodoro Artemita ^c), qui, incertae ipse aetatis, res Parthicas memoriae tradidit ^d), aut de alio quodam ejusdem nominis scriptore, viris doctis dijudicandum relinquere debeo. —

§. 15.

Berosum etiam scripsisse de rebus astronomicis et philosophia libros, quotquot fuerint et qualescunque, conjicere licet ex verbis Josephi (Contra Apion. I, 19) supra jam laudatis. Seneca (Natt. Quaest. III, 29) dicit, eum interpretatum esse, quae a Belo de astronomia litteris essent mandata ^e). Belum autem scientiae sideralis inventorem dicebant Babylonii (Plin. H. N. VI, 26 Solin. c. 56 init.). Berosi libri de astronomia ad unum omnes depe-

a) Μέτρον κυρικῶν Scymnus in Perieg. v. 35. Vid. doct. Jacobs (in: Encyclopädie der KK. u. WW. von Ersch und Gruber sub voce: Apollodoros. in nott.)

b) Cf. Euseb. Chronic. G. A. L. P. I. p. 20 sqq. et p. 10 sqq.

c) Erat, quo major verisimilitudo conjecturae accedere videtur, Artemita urbs Babyloniae, a Strabone (lib. XI. XV), Tacito (Annal. VI, 41) aliisque memorata. Vid. Cellarii Orb. Antiq. P. II. p. 661 (ed. II.).

d) Commemorantur Apollodori Artemitae Parthica a Strabone (lib. II. XV in initio et lib. XI) et ab Athenaeo (Deipnos. I. VII. p. 102). Vid. Vossius (De Hist. GG.) et Jacobs (in: Encyclopädie der WW. u. KK. von Ersch und Gruber sub voce: Apollodoros). —

e) Sic intelligenda videntur verba Senecae I. l.: Berosus, qui Belum interpretatus est.

riere. Non sumferim, quod quidem aliis placuit ^{a)}, quae a Beroso de rebus coelestibus in fragmentis legimus, desumpta esse e rerum Chaldaicarum libro primo. Sunt enim ex parte ea, quae vix invenirent locum in historia. Difficile tamen certi aliquid de his statuere. Provocatum ad Berosi de rebus ad astronomiam pertinentibus sententias a Vitruvio, Seneca, Plinio (H. N.), Plutarcho ac Stobaeo ^{b)}. Nominatum tamen ab iis non laudatur liber, ex quo depromerent. —

Revera eas fuisse Berosi, quippe qui Alexandri temporibus et postea viveret, sententias, a nonnullis vocatum in dubium ^{c)}. Plus profecisse hac in scientia putant Chaldaeos per tam longum temporis spatium, quam ut sumi possit, tempore Berosi, historiarum scriptoris, adhuc laborasse Babyloniorum sapientes iis in cognitione coeli erroribus, quos in sententiis illis deprehendamus; longe antiquiori aetati eos esse tribuendos. Duos igitur fuisse Berosos, antiquiorem astronomum et juniorem, qui Alexandri temporibus Chaldaeorum historiam scriberet, existimant ^{d)}. — Difficile dicere de re, cujus omnia fere vestigia perierunt. Nihil certi de astronomia Chaldaeorum constat; quos tamen, si maxime se dederent, futura praedicendi ex astrologia vanae scientiae ac futili, haud majores hac in re fecisse progressus, non est, quod mireris ^{e)}. —

Berosum, de quo in astronomicis rebus tradantur, quae legimus apud Plinium (H. N. VII, 37) et Vitruvium (De Architect. IX, 9) non in tam sero vixisse tempore existimant. A Beroso inventa esse horologia (aut horologiorum potius genus quoddam) refert l. l. Vitruvius, Quod si verum esse sumamus — sic argumentantur — Berosum ante Herodoti tempora vixisse omnes vident, quippe a quo memoriae est traditum, Graecos a Chaldaeis usum horologiorum edoctos esse. Verba sunt (Herod. II, 109):

— Πόλον μὲν γὰρ καὶ γνώμονα, καὶ τὰ δώδεκα μέρη αὐτῆς ἡμέρας παρὰ Βαβυλωνίων ἔμαθον οἱ Ἕλληνες.

a) Vid. Semler, Miscell. Lectt. Fasc. I. p. 35.

b) Quae e libris Berosi de rebus astronomicis passim leguntur apud auctores veteres, infra adjicientur.

c) Vid. Bailly: Histoire de l'astronomie ancienne, à Paris 1775. livre IV. §. 35 et 36 atque Martini: Ueber die Sonnenuhren der Alten. Leipzig 1775.

d) Bailly l. l.

e) Cf. Diod. Sic. II, 31.

Berosi astronomi aetatem referendam esse igitur certo ad annum 640 ante C. N. putant ^{a)}, cui optime etiam conveniat, quod a Justino Martyre edocemur ^{b)}, filiam Berosi fuisse Sibyllam, quae Cumae in Italia sedem fixit atque vaticinia edidit ^{c)}. —

De Sibyllis mittamus rem ^{d)}, ad quam si respicere velimus, effici posse etiam videtur, ad Mosis tempora Berosum referendum esse ^{e)}. Nihil fabula de Sibyllis incertius. —

Etiamsi majoris momenti hac in re esse videantur, quae de Beroso horologiorum inventore tradantur; tamen et haec minime valent ad Berosi aetatem certo statuendam. Nonne jam a Jesaia (XXXVII, 8) memoratur horologium quoddam ^{f)}? — Non horologiorum ^{g)} in universon, sed generis horum cujusdam inventor dicitur (a Vitruvio) Berosus. Et per se res nimis incerta, quam ut inde argumentum quoddam satis firmum peti possit. Puto equidem horologiorum, quascunque initio fuerint, inventionem esse antiquissimam, quippe quae non difficillima fuerit. — Mittamus, quae ad liquidum rem non perducunt. —

Beroso Athenis publice positam esse in Gymnasio statuatam inaurata lingua ob divinas praedictiones (ex astrologia petitas), memoriae tradidit Plinius (H. N. VII, 37). Quae tamen, quum fundamento nitantur tam incerto, momentum haud magnum hac in re habere videntur. Nullus Graecorum scriptorum, qui supersunt, meminit rei per se jam non valde verisimilis. An facile alienigenam quendam Athenienses afficerent hoc honore, etiamsi cum Martino (l. l. p. 43) sumamus, ante omnes Athenien-

a) Bailly atque Martini l. l. co.

b) Justin. Mart. Cohort. c. 39.

c) — et quae Tarquinio Superbo vendidit libros, addidit Martini l. l.

d) De Sibyllis vid. supra §. 5 et 7.

e) Cum Aenea locutam esse hanc Sibyllam legimus in Virgil. Aen. III, 441 sqq. VI, 10 sqq., 98 sqq. Ovid. Metamorphh. XIV, 104 sqq. Vid. etiam Casp. Barth. Adverss. hist. LI, 7.

f) Conferas, quae hac de re disputavit vir doctissimus Gesenius in libro: Commentar über den Jesaia ad Jel. c. XXXVII, v. 8.

g) Horologiorum nomina apud Graecos: Ὠρολόγιον, σκαφίς ac alia. Vid. Martini l. l.

sum celeberrimos astronomos, Pherecydem ^{a)}, Anaximandrum ^{b)}, Anaximenem ^{c)} ac alios vixisse Berofum, jure quaerimus. Quid? quod non ob merita in astronomia, sed ob vanas praedictiones ei statuatam positam dicunt? —

Unum Berofum, qui et historiam Chaldaeorum scriberet et varia de rebus astronomicis, veteres omnes statuerunt ^{d)}.

§. 16.

Nunc veniamus ad similitudinem illam, quae intercedit inter Berofum Chaldaeum et Manethonem Aegyptium. Erat Manetho ^{e)}, si relatis fides, patria Sebennytes aut Diospolitani, qui Ptolemaei Philadelphi, Aegyptiorum regis, temporibus apud Mendefios aut Heliopolitas summi sacerdotis et scribae sacri munere fungens, varia scripsit sermone Graeco atque eidem Ptolemaeo dicavit, historica, physica et astrologica ^{f)}. Apponamus de eo auctorum veterum testimonia, ut facilius eum conferamus cum Beroso Chaldaeo. Habet de illo Josephus (Contra Apion. I. 14):

Μανεθίων δ' ἦν τὸ γένος ἀπὸ Αἰγύπτου, τῆς Ἑλληνικῆς μετεσχηκῶς παιδείας, ὡς δῆλος ἐστὶ· γέγραφε γὰρ Ἐλλάδι φωνῇ τὴν πατριαν ἱστορίαν, ἐκ τῶν ἱερῶν, ὡς φησὶν αὐτὸς, μεταφράσας, καὶ πολλὰ τὸν Ἡρόδοτον ἐλέγχει τῶν Αἰγυπτιακῶν ὑπὲρ ἀγνοίας ἐψευόμενον κ. τ. λ.

- a) Pherecydes, astronomus, natus in Syro insula vixit post a. 629 ante C. N.
- b) Anaximander natus in Asia minori post a. 610 ante C. N.
- c) Anaximenes vixit circa annum 557 a. C. N.
- d) Cf. Ideler: Historische Untersuchungen über die astronom. Beobachtungen der Alten. Berlin 1806. p. 324.
- e) Manethonis nomen varie scriptum reperimus: *Μαναιθῶς, Μάνεθως, Μανεθῶς, Μανεθῶς, Μανειῶ, Μανέθων, Μανεδῶν, Μανείθων* et *Μανεθῶν*. — Joannes Harduinus (in: Chronologia V. T. Paris, a. 1689. p. 32) nomen repetit ex Man (Mann), voce Germanica, quae virum sonat et Hebraico מן (cum) atque מן (virtus). Rfsum te neatis amici! incolumi tamen dignitate viri, qui in Aegyptiacis non erat versatus. Vid. de his Fabricii Bibl. Gr. (ed. Harles.) lib. III. c. 21. Tom. IV. p. 128.
- f) Manethonis Apotelesmaticorum (sive de viribus et effectis astrorum) libros sex edidit, Jac. Gronovius. Lugduni Batavorum a. 1698.

Eusebius non legisse videtur Manethonis libros, quia, quae de eo habet, ex Iosepho partim et Africano desumpsit. Res e Syncello (Chronograph. p. 69 sqq.) et Euseb. (Chronic. G. A. L. P. I. p. 222 sqq.) aperta. E fonte ipso haurire Eusebii est, si ipsi eum adire licet.

Legimus praeterea apud Iosephum (Contra Apion. I, 26):

-- Μανεθῶς - ὁ τὴν Αἰγυπτιακὴν ἱστορίαν ἐκ τῶν ἱερῶν γραμμάτων μεθερμηνεύειν ὑπεσχημένος κ. τ. λ.

Cf. etiam Ioseph. Antiqq. I, 3, 9.

Plura reperimus de Aegypto nostro in Syncelli Chronographia p. 40 ed. Goar. :

Πρόκειται δὲ λοιπὸν τὰ περὶ τῆς τῶν Αἰγυπτίων δυναστείας μικρὰ διαλαβεῖν ἐκ τῶν Μανεθῶ τοῦ Σεβεννύτου, ὃς ἐπὶ Πτολεμαίου τοῦ Φιλαδέφου ἀρχιερεὺς τῶν ἐν Αἰγύπτῳ εἰδωλείων χρηματίσας, ἐκ τῶν ἐν τῇ Σηριαδικῇ γῆ κειμένων στηλῶν ἱερῶν, φησι, διαλέκτῳ, καὶ ἱερογραφικοῖς γράμμασιν κεχαρακτηρισμένων ὑπὸ Θῶθ, τοῦ πρώτου Ἑρμοῦ, καὶ ἐρμηνευθεῖσων μετὰ τὸν κατακλυσμὸν ἐκ τῆς ἱερᾶς διαλέκτου εἰς τὴν Ἑλληνίδα φωνὴν γράμμασιν ἱερογλυφικοῖς, καὶ ἀποτεθέντων ἐν βίβλοις ὑπὸ τοῦ Ἀγαθοδαίμονος, τοῦ δευτέρου Ἑρμοῦ, πατρὸς δὲ τοῦ Τάτ, ἐν τοῖς ἀδύτοις τῶν ἱερῶν Αἰγύπτου, προσεφώνησε τῷ αὐτῷ Φιλαδέλφῳ βασιλεῖ, δευτέρῳ Πτολεμαίῳ. ἐν τῇ βίβλῳ τῆς Σώθους ^{a)} γράφων ἐκ λέξεως οὕτως·

(Ἐπιστολὴ Μανεθῶ τοῦ Σεβεννύτου πρὸς Πτολεμαῖον τὸν Φιλαδέλφον.)

Βασιλεῖ μεγάλῳ Πτολεμαίῳ Φιλαδέλφῳ σεβαστῷ Μανεθῶ ἀρχιερεὺς καὶ γραμματεὺς τῶν κατ' Αἴγυπτον ἱερῶν ἀδύτων, γένει Σεβεννύτης ὑπάρχων, Ἑλιουπολίτης, τῷ δεσπότῃ μου Πτολεμαίῳ χαίρειν.

Ἡμᾶς δεῖ λογίζεσθαι, μέγιστε βασιλεῦ, περὶ πάντων ὧν ἐὰν βούλῃ ἡμᾶς ἐξετάσαι πραγμάτων· ἐπιζητοῦντι σοι περὶ τῶν μελλόντων τῷ κόσμῳ γίνεσθαι καθὼς ἐκέλευσάς μοι περιφανήσεται σοι ἂ ἔμαθον ἱερᾶ

a) Horapollo (Hieroglyphico 3): Ἴσις δὲ παρ' αὐτοῖς ἔστιν ἀστὴρ Αἰγυπτιακῶν καλούμενος Σώθις, Ἑλληνιστὶ δὲ Ἀστροκύνων, ὃς καὶ δοκεῖ βασιλεύειν τῶν λοιπῶν ἀστέρων. Cf. tamen Theophil. Antioch. verba ad Autolyc. III. p. 130 ed. Paris. : Τὸ Σώθους, φασιν, Αἴγυπτος καλεῖται.

βιβλία γραφέντα ὑπὸ τοῦ προπάτορος τρισμεγίστου Ἑρμοῦ. Ἐρῶσό μοι, δέσποτά μου, βασιλεῦ^{a)}.

His addas, quae leguntur apud eundem Syncellum Chronograph. p. 18:

Μανεθῶ δ' Σεβεννίτης, ἀρχιερεὺς τῶν ἐν Αἰγύπτῳ μισαῶν ἱερῶν, μετὰ Βηρωσσὸν γενόμενος ἐπὶ Πτολεμαίου τοῦ Φλαδέλφου γράφει τῷ αὐτῷ ψευδηγορῶν κ. τ. λ.

In Eusebii Chronic. G. A. L. P. I. p. 200 de Manethone habes verba in Latinis:

Ex Manethi Aegyptiacis monumentis, qui tribus tomis contexit commentaria de Diis, Semideis et Manibus atque mortalibus regibus, qui Aegyptiis imperarunt usque ad Darium regem Persarum^{b)}.

Cf. etiam Euseb. Pr. Ev. II. Prooem.

Manethonis praeterea meminerunt scriptores permulti: Plutarchus, Theophilus Antiochenus, Porphyrius, Cedrenus, Tertullianus, Aelianus^{c)} ac alii. —

Fragmenta e Manethonis rerum Aegyptiacarum libris invenies apud Josephum (Contra Apion. I.), Eusebium (Chronic. G. A. L. P. I) et Syncellum. — —

Erat sacerdos Manetho^{d)}, ut Berofus. — Ser-mone Graeco scripsit tribus libris populi sui historiam, ut Berofus. — Ex templorum annalibus desumpsit, quae memoriae tradebat, ut Berofus. — Regi suo dedica-

- a) Quam Manethonis Aegyptii epistolam fictam esse a serioris aetatis scriptore quodam, suspicionem levem potuerint movere, qui leguntur in ejusdem Manethonis Apotelesmaticorum libri tertii initio versus, si quis ad liquidum perduxerit, revera istos libros auctoris nostri esse, quippe cui a Suida tribuuntur: Sunt versus:

*Ἐξ ἀδύτων ἱερῶν βιβλῶν, βασιλεῦ Πτολεμαῖε,
Καὶ κρυφίμων στηλῶν, ὡς ἤρατο πάνσοφος Ἑρμῆς,
Οὐρανῶν ἀστρῶν ἰδίαις ἐγράφε προνοίας
Σύμβουλον πινυτῆς σοφῆς Ἀσκληπιῶν εὐρῶν,
Ἀντιτύπῳ κηρῷ ἰ' ἀπομαζάμενος κεκόσμηται.
κ. τ. λ.*

- b) Haec eorum est inscriptio, quae e Manethonis historiarum tribus libris ab Eusebio afferuntur.

- c) Vid. de Manethone Fabricii Bibl. Gr. (ed. Harles.) lib. III. c. 21 (Tom. IV. p. 128 sqq.) et Vossius: De Hist. GG. I, 14.

- d) Ita multa tenebris obvoluta de Manethone, ut essent, qui tres Manethones olim fuisse statuerent. Vid. Fabric. Bibl. Gr. (ed. Harles.) lib. III. c. 21 (Tom. IV. p. 128) ed. Harles. in adnotationibus.

Vit historiae libros, ut Berofus. — Scripsit praeterea astronomica, ut Berofus cet.

Quae potest major esse inter scriptores duos similitudo? — Haec omnia, etsi ita se habeant, per se tamen non valent ad refutanda de Berofi Chaldaei et Manethonis Aegyptii vita veterum testimonia diferta. Levis fortasse suspicio de alteroutro eorum movebitur. — — —

Haec fere sunt, quae de Beroso dicere potuimus. Eum vixisse primis post Alexandrum M. temporibus et populi sui scripsisse Graecis historiam, sumi posse videtur. Multa autem in fragmentis, quae nobis supersunt, depravata esse, non negabimus. Apud peritos tamen iudicium esto!

DE BEROSO ANNIANO, QUEM VOCANT.

Joannes Annus Viterbiensis, ex Praedicatorum ordine monachus et tandem Romae inde ab anno 1499 Magister Sacri Palatii, ab urbe patria ita se cognominabat. Familiae nomen Nanni. Ipse natus erat Viterbii in urbe a. 1432. In lucem edidit Venetiis a. 1498 ^{a)} praeter alia veterum (Manethonis, Xenophontis, Metasthenis ^{b)}, Catonis, aliorumque) scripta deperdita ^{c)}, Berofi Babylonii

a) Si fides Mattario (Mataire in: Annal. Typ. T. IV, p. 654) et Audifredio (in Catal. Edd. Romm. p. 344), prima prodiit editio Romae a. 1497. Cf. Wachler (in: Encyclopädie der Wissenschaften und Künste von Ersch und Gruber P. IV, sub voce: Annus von Viterbo).

b) Ita Megasthenem (cujus libri rerum Indicarum commemorantur a Strabone, aliisque) appellare videtur Annus.

c) Editio libri Anniani, quam inspicere mihi contigit, Basilienfis a. 1530, continet: 1. Myrsili Lesbii de Origine Italiae et Tyrrhenorum lib. I. — 2. M. Porcii Catonis Originum lib. I. — 3. Archilochi de Temporibus lib. I. — 4. Berofi Babylonii Antiquitatum lib. V. — 5. Manetho-

antiquitatum libros quinque, quos cum Manethonis libro dicebat se accepisse, dum adhuc monasterio praepositus circa a. 1471 Genuae moraretur, a duobus monachis Armeniis in coenobio Comensi. An mereatur hac in re fidem Annii noster, adhuc sub iudice lis est ^a). — Ipse magnam sibi eruditionis comparaverat famam. Erat peritus linguae Hebraicae, Chaldaicae, Arabicae necnon Graecae ac Latinae. Tamen haud facile eum defendere, credo, a fraude in litteris quadam. Optime equidem scio, fuisse, qui ipsum deceptum ab aliis putarent. An autem, ut de Beroso et Manethone rem mittamus, in tam multis, quam id factum esse debemus credere, si defendere velimus Annium, — de Xenophonte dico, Megasthene, Catione ac aliis — praeterea decipi potuit vir in litteris verfatissimus? — Diem obiit supremum 13 Nov. 1502 ^b). —

Multi adversus Annium exstiterunt scriptores (Caspar Barreiros sive Barrerius, Lusitanus, a. 1557. — Franciscus Sparavieri, Italus, a. 1676 et plures); etiamsi non defuerunt, qui eum defendere conarentur (Thom. Mazza in: Apologia per Giov. Annio Viterbense 1673 ac alii).

nis, sacerdotis Aegyptii, de regibus Aegyptiorum lib. I. — 6. Matasthenis Persae de iudicio Temporum et Annalium Persicorum lib. I. — 7. Xenophontis de Aequivocis lib. I. — 8. Q. Fabii Pictoris de Aureo seculo et de origine urbis Romae, ejusque descriptione libb. II. — 9. C. Sempronii de Divisione Italiae et Origine urbis Romae lib. I. — 10. Sexti Julii Frontini, viri consularis, de Aquaeductibus urbis Romae libb. II. — Plura continentur aliis in editionibus, ut Philonis Judaei temporum breviarii libb. III et alia Vid. de his: Fabricii Bibl. Gr. Tom. XIV. p. 212 1qq.

a) Vid. tamen Wachler l. c.

- b) Editiones libri Anniani paulatim prodierunt: Latine:
 Romae a. 1497. fol. (?)
 Venetiis a. 1498. fol.
 Parisiis a. 1511. 4. 1512. fol. 1515. fol. etc.
 Burgis a. 1512. 4.
 Basileae a. 1530. 4.
 Antwerpiae a. 1545. 8. et ibid. 1552. 8.
 Lugduni a. 1554. 12. 1591. 12. et (cum Censura C. Var-
Ἀγάλματα μὲν Θεῶν οὐ ξύλα καὶ λίθους ὑπειλήφασιν ὡς περὶ Ἕλληνες, οὐδὲ μὲν ἴβιδας καὶ ἰχνεύμονας, καθάπερ Αἰγύπτιοι, ἀλλὰ πῦρ τε καὶ ὕδωρ, ὡς φιλόσοφοι. Μετὰ δὲ πολλὰς μέντοι ὕστερον περιόδους ἐτῶν ἀνθρωποειδῆ ἀγάλματα σέβειν αὐτοὺς Βήρωσος

Abyden. (Euf. P. E. IX, 41:) *Ναβωννίδοχος*. — Eufeb. Chronic. G. A. L. I. c.: Nabonnedus. — Syncell. (Chronogr. p. 226:) *Ναβοννίδος*, (p. 208:) *Ναβονάδιος*. — Canon. Ptol. eodem modo: *Ναβονάδιος*. — Josephus (Antiqq. X, 11, 2) eum a Daniele (V, 1. 2. VII, 1:) *Βαλιασάρον* (Hebr. *בַּלְיָאֲסָר* vel *בַּלְיָאֲרָס*) appellatum esse sumit. — Herod. (I, 188) *Λαβύνητος*.

ἐν τρίτῃ Χαλδαϊκῶν παρίστησι, τοῦτο Ἀρταξέρξου τοῦ
 Δαρείου τοῦ Ὠχοῦ εἰσηγησαμένου, ὃς πρῶτος τῆς Ἀφρο-
 δίτης Ἀναΐτιδος ^{a)} τὸ ἄγαλμα ἀναστήσας ἐν Βαβυλῶνι,
 καὶ Σούσοις καὶ Ἐκβατηνοῖς, Πέρσαις, καὶ Βάκτροις
 καὶ Λαμασκῶ καὶ Σάρδεσιν ὑπέδειξε σέβειν.

Plura defunt.

a) Ita legendum pro *Ταναΐδος* (quod in Clementis editione
 Sylburgiana all.) jam ostendit Bochartus (in Phaleg. IV, 19.
 p. 245 ed. Lugd. Batav. 1692). Vid. Strab. XI, 14 et XV, 3,
 ubi Ἀναΐτις dea memoratur atque Plutarch. Artaxerx. c. 17.
 (Cf. Fabric. Bibl. Gr. Vol. XIV. notam p. 206 adjectam.)

ADNOTATIONES
AD
BEROSI RERUM CHALDAICARUM
LIB. I.

Tribus libris scripsit Berofus Chaldaeorum historiam. Num
autem in distribuendis singulis saepe erraverim, jure
fortasse quaeretur.

Continuisse videtur liber primus praeter historica ac ter-
rae descriptionem etiam alia, ut volumine par esset cete-
ris. Difficile tamen, certi quid de hac re statuere. (Cf.
Athenaei Deipnosoph. l. XIV.) Non autem facile addu-
car, ut credam, quae passim apud auctores veteres legun-
tur de rebus ad astrologiam et coeli cognitionem pertinen-
tibus Berosi sententiae, desumptas esse ex historiarum li-
bro primo.

P. 47. *Ἀναγραφὰς — — ἀπὸ ἐτῶν που ὑπερ μυριάδων
δεκαπέντε περιεχούσας χρόνον.* In Eusebii Chronic.
G. A. L. P. I. p. 17: Volumina, — — a ducentis quin-
decim annorum myriadibus. Saepius in numeris de-
pravatum Chronicon. Cf. P. I. p. 33 et prae ceteris
p. 16 et 29.

P. 48. *Καὶ πρῶτον μὲν — — καὶ ὄρυεα χειρσαῖα τε καὶ
λιμναῖα.* De terrae fertilitate eximia vide etiam He-
rod. II, 193.

P. 48. *Ζῶον ἄφρῆνον ὀνόματι Ὠάννην.* De Oanne et,
quem paulo post eundem cum eo facere videtur Apol-
lodoros apud Syncellum (Chronograph. p. 30), Anne-
doto, difficile est certi quid statuere. Fabulis ac tene-
bris obvoluta historia. De Annedoto summum apud
scriptores veteres silentium. De Oanne legimus in
Photii Bibl. Cod. 279. p. 1593 (ed. Hoefschelii Rotho-
magi a. 1659) ex Helladio verba: "Ὅτι μυθολογεῖ ἄνδρα
τινὰ, ὀνομασμένον Ὠῆν, ἐκ τῆς Ἐρυθρᾶς θαλάσσης
ἀνελθεῖν, τὰλλα μὲν τῶν μελῶν ἰχθύος ἔχοντα, κα-

φαλήν δὲ καὶ πόδας καὶ χεῖρας ἀνδρός· καὶ καταδεί-
 ξαι τὴν τε ἀστρονομίαν, καὶ τὰ γράμματα. Οἱ δὲ αὐ-
 τὸν ἐκ τοῦ πρωτογόνου πεφηνέναι λέγουσιν Ὡοῦ, καὶ
 μαρτυρεῖν τούνομα· ἄθρωπον δὲ ὄντα τὰ πάντα,
 ἰχθῦν δόξαι, διόπερ ἡμφίεστο κητώδη δοράν. — Cf.
 etiam, quae in Fabricii Bibl. Gr. Tom. XIV. p. 185
 in not. (ex Isaaci Vossii libro: De LXX interpretibus
 p. 409) afferuntur de Seribus, qui eadem fere narrant
 de Ruonco, quae Chaldaei de Oanne. — Huc quo-
 que pertinent, quae leguntur apud Hyginum in fabula
 CCLXXIV: „Euahanes (sic legendum videtur pro
 Euahdnes), qui in Chaldaea de mari exiisse dicitur,
 astrologiam interpretatus est.” — Addere liceat etiam,
 quae leguntur apud Solinum XIX, 6 (ed. Goezii), etsi
 proprie non ad rem nostram facere videntur: „Auctor est
 Xenophon Lampfacenus, a littore Scytharum in insulam
 Albaciam triduo navigari: — — — nec longe Oaeones se-
 parari; quas qui habitent, vivant ovis avium mari-
 narum, et avenis vulgo nascentibus: perinde alias
 propter constitutas aequae insulas, quarum Hippopodes
 indigenae humana usque ad vestigium forma in equi-
 nos pedes desinunt.” — Sub Oanne apud Berosum
 et Annedotis intelligendos esse alienigenas navibus
 (mari) advectos, qui edocerent Babylonios artes et
 litteras, non ab omni verisimilitudine est alienum. Vid.
 Bredow: Handbuch der alten Geschichte (ed. III.)
 p. 187. not. et Beck.: Anleitung zur genauern Kennt-
 niss der allgemeinen Welt- und Völkergeschichte u.
 f. w. (ed. II.) P. I. p. 172.

- P. 50. Ὁμόρκα. Εἶναι δὲ τοῦτο Χαλδαῖστί μὲν Θα-
 λάτθ, Ἑλληνιστί δὲ μεθερμηνεύεσθαι θάλαττα·
 κατὰ δὲ ἰσόψηφον σελήνη. Verba priora fortasse cor-
 rupta esse, quum Θαλάτθ Chaldaeis non sit mare, su-
 pra jam dictum (Differt. §. 5). Cetera (κατὰ δὲ ἰσό-
 ψηφον σελήνη) a Syncello esse adjecta, aperte osten-
 dit Eusebii Chronicon G. A. L., in quo non legun-
 tur. — Ἰσόψηφα sunt verba, quorum litterae secun-
 dum potestatem numeralem idem valent. — Graecos,
 Hebraeos, Syros ac Arabes litteris uti ad numeran-
 dum, res est omnibus nota.
- P. 51. Ταῦτα μὲν — — — ἐν δὲ τῇ δευτέρῳ κ. τ. λ. His
 Syncelli ac, si vis, Eusebii verbis, etsi lectio sibi non
 constat, nitens ad Berosi Rerum Chaldaicarum librum

secundum retuli, quae sequuntur. An recte, alii videbunt.

- P. 51. *Τῷ Λῶφ μηνι.* Mensis Macedonicus, decimus anni. Respondet ex parte Hecatombaeoni Atheniensium et Julio Romanorum. Incipiebant Macedones annum mense nostro Septembri exeunte. Nomina mensium sunt: 1. *Διος.* 2. *Ἀπελλαῖος.* 3. *Ἀύδυναῖος.* 4. *Περίτιος.* 5. *Δύστρος.* 6. *Ξανθικός.* 7. *Ἀρτεμίσιος.* 8. *Δαῖσιος.* 9. *Πανέμος.* 10. *Λῶος.* 11. *Γορπιαῖος.* 12. *ὑπερβερεταῖος.*
- P. 51. *Σακέαν.* Verbum *Σακέα* derivandum videtur a Chaldaico *קרא* (potavit), ita ut *קרא* sit fortasse connexio, dies festus. Vid. Tychsenii verba in animadversionibus ad: Ctesiae Cnidii, quae supersunt (ed. Lion. Goetting. a. 1823) p. 281.
- P. 51. *Ζωγάνην.* Cogitandum esse videtur de voce Chaldaica *קצ* (antistes, praefectus). Vid. Tychsen. l. l.
- P. 51. *Ἀναίτιδα* legendum esse pro *Ταναῖδος* (ut est apud Agathiam ed. Bonaventurae Vulcanii. Paris. a. 1650) ex Strabone, Plutarcho, aliisque jam observavit Bochartus (Phaleg. IV, 18) ac alii. Vid. Fabric. Bibl. Gr. Vol. XIV. p. 206 in adnotatt.

ADNOTATIONES

AD

BEROSI RERUM CHALDAICARUM

LIB. II.

Me fortasse retulisse in hunc librum, quae potioris jure referenda fuissent in tertium, ingenue confiteor. Non tamen omni verisimilitudini repugnat, de pluribus egisse in hoc libro Berosum, quam primo obtutu videri possit; ut inde pares volumine inter se efficerentur libri.

- P. 52. *Τοὺς δέκα βασιλεῖς.* Decem regnarunt ante diluvium apud Chaldaeos reges; decem Hebraeis inde ab Adamo usque ad Noachum generationes Gen. V. Res supra jam acta. Vid. Dissert. §. 12.

P. 52. Σάρους ἑκατὸν εἴκοσι. Ingens annorum, per quos in Chaldaeos regnasse dicuntur decem illi reges, est numerus. Tamen haud sumserim, quod quidem aliis placuit, de diebus aut mensibus esse cogitandum, si apud Berosum legimus, Sarum unum Chaldaeorum complexum esse 3600 annorum spatium, Nessum 600 et Soffum 60. Apud neminem auctorum veterum Sarorum, Nessorum et Sofforum ulla commemoratio; nisi ad id forte spectent verba Iosephi Antiqq. I, 3, 9, ubi de magno anno, annos sexcentos complectente, legitur. Per quod temporis spatium et supra viverent primi homines, ut sibi accuratiorem coeli cognitionem possent acquirere. His enim praeterlapsis demum praedici posse certi quid in rebus astrologicis. Verba sunt: *Οἱ μὲν γὰρ (sc. παλαιοὶ ἄνθρωποι) — — εἰκότως ἔζων πλῆθος τοσούτων ἐτῶν, ἔπειτα καὶ δι' ἀρετὴν καὶ τὴν εὐχρηστίαν, ὧν ἐπενόουν, ἀστρολογίας καὶ γεωμετρίας, πλέον ζῆν τὸν Θεὸν αὐτοῖς παρασχεῖν. Ἄπερ οὐκ ἦν ἀσφαλῶς αὐτοῖς προειπεῖν, μὴ ζήσασιν ἑξακοσίους ἐνιαυτούς. Διὰ τοσούτων γὰρ ὁ μέγας ἐνιαυτός πληροῦται.* Legerat Iosephus Berosi libros; quos res confici videtur. Confirmatur etiam his omnibus, quem jam alii videbant ^{a)}, Sarorum, Nessorum atque Sofforum apud Chaldaeos in astronomia usus. — Vana conjectura niti videntur, quae legimus apud Suidam (sub voce: Σάροι) de Saro CCXXII mensium lunarium temporis spatium complectenti. Verba sunt: *Σάροι· Μέτρον παρὰ Χαλδαίοις. Οἱ γὰρ οὐκ Σάροι ποιοῦσιν ἐνιαυτούς βσξβ', κατὰ τὴν τῶν Χαλδαίων ψῆφον· εἴπερ ὁ Σάρος ποιεῖ μῆνας σεληνιακῶν σξβ', οἱ γίνονται ἢ ἐνιαυτοὶ καὶ μῆνες ἕξ ^{b)}.* — Fuisse etiam, qui Saros, Nessos ac Soffos 3600, 600 ac 60 dierum tantum tempus complexos esse dicerent, quibus praecipue sunt adnumerandi Annianus et Panodorus, monachi duo Aegyptii ineunte seculo quinto, jam discimus e Syncelli Chronographia (pag. 17. 32 et 35). Eusebium vituperant (loc. modo laudd.) Annianus ac Panodorus, quod non obtutu primo vidisset, Sarum Chal-

^{a)} Cf. Ideler: Historische Untersuchungen über die astronomischen Beobachtungen der Alten. — Goguet: Ueber den Ursprung der Gelesetze, Künste und Wissenschaften, aus dem Franz. überf. von Hamberger. 1761.

^{b)} Hesychius: Σάρος· Ἀριθμὸς τις παρὰ Βαβυλωνίους.

- daeis fuisse dierum 3600, non annorum, tempus. — Diminuere studebant, haec causa videtur ratiocinationis, annorum numerum ingentem apud Berosum, ut omnia fierent magis consentanea scripturae sacrae. Confingebant autem, quae mea est sententia, Chaldaei illam annorum multitudinem, ut ostenderent, antiquitate longe antecedere suum populum ceteris. (Simile quid de Aegyptiis Manethonem confinxisse videmus).
- P. 52. *Ἀπολλόδορος* — — — λέγει. De eo, an ex Apollodoro desumeret Polyhistor, quae de Beroso habet, vide supra Dissert. §. 14.
- P. 53 et 55. *Ἀλμύλωνα τὸν ἐκ Παντιβίβλων* (*Παντιβίβλων*) et infra *Ἀμέμψινον Χαλδαῖον ἐκ Λαράγγων* (ex Lancharis Euseb. Chronic. G. A. L. P. I. p. 14 et *Λαράγγων* Scalig. Th. TT.). — Nulla praeterea apud scriptores veteres urbium Pautibiblorum et Laranchorum sit commemoratio. Tamen non prorsus conficta videntur nomina a Beroso, etiam si Graecam originem quandam prodere videantur. *Παντιβίβλα* seu *Παντιβίβλα* urbem eandem esse cum Sepharvaim in scriptura sacra II Regg. XVII, 30 memorata multi conjecerunt. Vid. Dissert. §. 6.
- P. 54. *Ὁ δὲ Ἀβυδηνός*. Verba Abydeni, quae hoc loco respicit Syncellus, vide apud eundem Syncellum Chronograph. p. 39 et in Eusebii Chronic. G. A. L. P. I. p. 46 lqq.
- P. 56. *Τὸν Κρόνον αὐτῷ* — — — φάναι. Mirum certe, quod hic memoratur *Χρόνος*, Graecorum Deus. Num ita appellarit Deum Berosus, quia Graecis scribebat historiam? —
- P. 56. *Μηνὸς Δαισίου πέμπτη καὶ δεκάτη*. Daesius Macedonicus mensis, qui respondet Romanorum Majo aut Junio. Vid. supra Adnott. ad lib. I.
- P. 56. *Ἐν πόλει Ἑλίου Σιππάρους*. Euseb. Chronic. G. A. L. Heliopoli Sipparenorum. Vid. de his Dissert. §. 6.
- P. 56. *Σκάφος, τὸ μὲν μῆκος σταδίων πέντε*. Euseb. Chronic. G. A. L.: Navis, cujus longitudo quindecim stadiorum erat. — Saepissime in numeris depravatum est Chronicon, ut supra jam dictum. Vid. Chronic. P. I. p. 17 et prae ceteris p. 16 et 29. Si ad Noachi arcae figuram in S. S. descriptam respiciamus, rectius legi videri possit quindecim. Aedificaverat Noachus ex teberinthina materia arcam, cujus longitudo trecentorum

cubitorum erat, latitudo quinquaginta et altitudo triginta. Gen. VI, 15. 16.

- P. 58. Ἐτι μέρος τι αὐτοῦ ἐν τοῖς Κορδυαίων ὄρεσι τῆς Ἀρμενίας διαμένειν. In Armenia, in monte Ararat substituisse Noachi navigium, quum aquae recederent, etiam legimus Gen. VIII, 4. De similitudine, quae intercedit in universum inter Xifuthrum apud Berosum et Mosis Noachum vid. Dissert. §. 12.
- P. 58. Μετὰ τὸν κατακλυσμὸν δεκάτῃ γενέα. Abrahamum decima vixisse post Noachum generatione, legimus Gen. XI, 10 sqq. — LXX virorum interpretatio Graeca Abrahami majoribus interferit Cainanem, cuius nomen in textu Hebraeo originali non legitur. Quid? quod etiam in Chronico Eusebiano non legitur, ubi se ex LXX interpretibus desumfisse disertis verbis Eusebius indicat. Vid. Euseb. Chronic. G. A. L. P. I. p. 131 sqq. Cf. etiam Dissert. §. 12 in adnotatt.
- P. 59. Σίβυλλα δέ φησι — — Τιτᾶνα καὶ Προμεθεά. An haec legerentur in Berosi Chaldaeorum historia, quod multis quidem argumentis sumi posse videtur, vid. Dissert. §. 7.
- P. 59. Sibylla Berosiana. — Sibyllam Berosi Chaldaei fuisse filiam memoriae tradidit Justin. Mart. Cohort. XXXIX. Vid. hac de re Dissert. §. 5.
- P. 60. Astlicia. — Vocem Astlic Armeniace stellulam sonare, ita ut, quam Astliciam vocant, satis forsitan recte Asteria potuerit appellari, quo nomine designatur in Graecorum fabulis (Apollodor. Bibl. I, 4) Coei filia, qui e Titanum numero fuit, observavere, qui Mosis Choronenfis historiam Armeniacam (a. 1736) ediderunt et in Latinam linguam simul verterunt, Guilielmus et Georgius Whiston, Angli. Vid. Mosis Choronenf. Hist. Armen. p. 16 adnotatt.
- P. 61. Fuit Ninus Arbeli (filius); qui Chaali; qui Arbeli; qui Anebi; qui Babii; qui Beli, regis Assyriorum. — Haec desumpta esse ex Abydeni Assyriorum historiae fragmentis, supra jam annotavimus. Syncellus regum ordinem subvertit. Leguntur enim Chronograph. p. 151 et 155 sq.:
- Ἀσσυρίων κθ' (rex undetricesimus) ἐβασίλευσεν Ἀράβηλος ἔτη μβ' τοῦ δὲ κόσμου δσ' (a. 4200).
 Ἀσσυρίων λ' ἐβασίλευσεν Χάλαος, ἔτη με' τοῦ δὲ κόσμου δσμβ' (a. 4242).
 Ἀσσυρίων λα' ἐβασίλευσεν Ἀνεβος ἔτη λη' τοῦ δὲ κόσμου δσπς' (a. 4287).

Ἀσσυρίων λβ' ἐβασίλευσεν Βάβριος ἔτη λζ' τοῦ δὲ κόσμου, δτκς' (a. 4325).

- P. 61. Post quos annos etiam ipsam Semiramidem in Assyrios dominatam esse tradit. Ita Eusebii Chronicon G. A. L. in Latinis. — De regibus, quos inde a diluvii temporibus usque ad Semiramidem reginam in Assyrios ac Babylonios (vel Chaldaeos) regnasse dicit Berofus, summum apud scriptores antiquitatis omnes silentium. Nomina alia quidem legimus etiam apud Syncellum (in Chronographia); res gesta non narrantur. Si nomina maxima ex parte sint efficta (quod tamen sine certis indiciis haud sumserim) jure quaeremus, an Berofus ipse ea effingeret, aut efficta, quod per se fieri potuit, ex templorum annalibus depremeret. Alii, qui diligentius rem inquirunt, facile invenient, quae nos fugerunt. Semiramidis reginae apud Assyrios et Babylonios nomen occurrit etiam apud Herodotum (lib. I. c. 184) et Diodor. Sic. (II, 4), quem et Chaldaeorum libris haussisse non ab omni verisimilitudine abest. Ne Semiramidem Herodoti eandem cum nostra putemus, vetat temporis ratio.
- P. 62. Phulus. Hic memoratur etiam in scriptura sacra II Regg. XV, 19. Menahemo Samariae imperium tenente, invasit regnum ejus, et donis acceptis in Assyriam rediit. His certo fere statui potest tempus, ubi in Assyrios regnavit Phulus; quum Samariae imperium teneret Menahemus inde ab anno 771 usque ad 761 ante C. N.
- P. 62. Senecherib. Quae de Senecheribo narrat Berofus, Marodach Baladano et aliis, optime conveniunt cum scriptura sacra. Cf. II Regg. IX. XVIII, 13 sqq. XIX, 37. Jes. XXXVII. (Vid. Gesenius: Commentar über den Jesaia.) Expeditionis Senecheribi in Aegyptios mentionem fecit etiam Herodotus (lib. II. c. 141). — Quae loco nostro leguntur de Senecheribo e Berofi libris, afferre etiam voluisse videtur Josephus Antiqq. X, 1, 4. Num ipse intermiserit, an librariorum culpa verba interciderint, non satis certum. Prius tamen verisimilius. — De Senecheribi adversus Aegyptios expeditione suscepta, cujus etiam (si id sibi velint verba Josephi l. l.) Berofus meminerat, nihil apud Polyhistorum. Non attulisse videtur Polyhistor, quae ad rem suam minus fortasse faciebant. —

P. 63. Sardanapallus. Pater Nabuchodonosori (Nabucodrossori), quem Nabopolassarum vocat Josephus (Contra Apion. I, 19), Nabopolassarum Eusebius (Chronic. G. A. L. P. I. p. 63) et Canon Ptolemaei astronomicus Nabopolassarum, Sardanapallus appellatur a Polyhistoro; et ab Abydeno (Euseb. Chronic. G. A. L. P. I. p. 54), ut videtur, Bufalossorus. Vid. de eo Abydenum (in Euseb. Chronic. G. A. L. I. c.)

Adjiciamus regum Chaldaeorum ex Ptolemaei Canone astronomico nomina, ut facilius comparentur cum Beroffi regibus.

1. Ναβοναζάρου ἔτη	ιθ'. ιθ'.	14.	14
2. Ναδίου	β'. ιζ'.	2.	16
3. Χινζήρος καὶ Πόρου	ε'. κα'.	5.	21
4. Ίουγαίου	ε'. κζ'.	5.	26
5. Μαρδοκεμπάδου	ιβ'. λη'.	12.	38
6. Ἀρκαίανου	ε'. μγ'.	5.	43
(Ἀβασιλεύτου πρώτου	β'. με'.	2.	45)
7. Βηλίβου	γ'. μη'.	3.	48
8. Ἀπαραναδίου	ς'. νδ'.	6.	54
9. Ρηγεβήλου	α'. νε'.	1.	55
10. Μεσησημορδάκου	δ'. νθ'.	4.	59
(Ἀβασιλεύτου δευτέρου	η'. ξζ'.	8.	67)
11. Ασариδίου	ιγ'. π'.	13.	80
12. Σαοσδουχίνου	κ'. ρ'.	20.	100
13. Ίσινιλαδάνου	κβ'. ρκβ'.	22.	122
14. Ναβοπολλασάρου	κα'. ρμγ'.	21.	143
15. Ναβοκολασάρου	μγ' ρπς'.	43.	186
16. Ἰλλοαρονδάμου	β'. ρπη'.	2.	188
17. Νηρικασολασάρου	δ'. ρςβ'.	4.	192
18. Ναβοναδίου	ιζ'. σθ'.	17.	209

Περσῶν βασιλεῖς·

Κῦρος κ. τ. λ. ^{a)}.

a) Desumpta est, quam hic exhibuimus, Ptolemaei Canonis astrologici pars e libro tertio additamentorum ad historiam universalem, quam Germanice edidit Baumgarten. Nulla exemplorum duorum, quae ibi typis sunt descripta, in numeris discrepantia, nominum tamen quaedam est varietas. Leguntur enim in altero: 1. Ναβονασάρου ἔτη ιθ' (14). — 3. Χινζήρος καὶ Πόρου ε' (5). — 4. Ίουγαίου ε' (5). — 6 Ἀρκαίανου ε' (5). — 7. Βηλίβου γ' (3). — 8 Ἀπαραναδίου ς' (6). — 10. Μεσησημορδάκου δ' (4). — 13. Κινηλιαδάνου κβ' (22). — 14. Ναβοπολλασάρου κα' (21). —

P. 63. Amuhean, Aftyagis filiam; quam *Ἀρωίτην* (falso) appellat Syncellus (Chronograph. p. 168), et Ctesias apud Photium (Cod. 72.) *Ἀμμυτιν*. Nova tamen oriri hic videtur difficultas. Nihil apud Ctesiam legimus de matrimonio Aftyagis filiae cum Babyloniorum rege; quam primum Spitamae et post ejus mortem Cyro nupuisse memoriae tradidit. Praeterea tempus etiam non plane convenit.

ADNOTATIONES

AD

BEROSI RERUM CHALDAICARUM

LIB. III. a)

- P. 64. *Νῶχος*. Josephum Chaldaeorum Xifuthrum (Sifuthrum) Nochum appellare, non est quod mireris; etiam si neutiquam sumserim, Josephum Noachi nomen legisse apud Berosum. Inde tamen non concludendum cum Cyrillo Alexandrino (Contra Julian. lib. I. p. 9 ed. Spanhem.), Noachi Hebraeorum nomen Assyriace fortassis Xifuthrum sonare.
- P. 64. *Ναβολάσσαρος*. Rectius fortasse legitur nomen apud Eusebium (Chronic. G. A. L. P. I. p. 63 sqq.), qui Nabopalsarum et Nabupalsarum vocat, ut supra jam dictum. In Ptolemaei Canone astronomico *Ναβοπολλάσσαρος* appellatur.
- P. 64. *Ὁ τεταγμένος σατράπης*. An ab ipso Babyloniorum rege, quod Berosi verba indicare videntur, in

15. *Ναβοκολασσάρου μγ'* (48). — 17. *Νηριγασολασσάρου δ'* (4). — *κ. τ. λ.* Cf. etiam Syncell. Chronograph. p. 209, ubi itidem quaedam nominum a nostris varietas.

a) Vide, quae adnotavit ad ea, quae leguntur e Berosi libro tertio apud Josephum (contra Apion 19. 20 cet.), Josephus Scaliger Op. de Emendat. Tempp. in Adnotationibus, fragmentis auctorum veterum ad calcem additis.

- Aegypto constitutus sit, nusquam legitur. Res in medio relinqui debet. Vid. Scaligeri Op. de Emend. TT. in animadversionibus ad veterum auctorum fragmenta.
- P. 65. Συμμίξας δὲ Ναβουχοδονόσορος τῇ ἀποστάτῃ. In pugna ad Charcamis (ܫܪܫܝܨ, Circesium) anno 607 ante C. N., qua vincebat Nechonem Aegyptiorum regem. Quo facto Judaeam in suam ditionem redigebat. Vid. Jer. XLVI, 2.
- P. 65. Ἔτη βεβασιλευκότητι εἴκοσιν ἑννέα. Alio loco (Antiqq. X, 11, 1) ipse habet Josephus et Eusebius in Pr. Ev. IX, 40. εἴκοσι ἕν, quod optime convenit cum Ptolemaei Canone astronomico. Attamen non ausus sum verba textus mutare. Cf. etiam Euseb. Chronic. G. A. L. P. I. p. 66. Vid. etiam, quae hac de re habet Scaliger (Op. de Emendat. Tempp. in animadversionibus ad veterum auctorum fragmenta).
- P. 66. Ναβουχοδονόσορος καταστήσας — — — τισὶ τῶν φίλων. Cf. de his II Chronic. XXXV, ubi etiam memoratur exercitus sub Nabuchodonosoro dux Nabuzardan, quem e numero amicorum regis fuisse, ad quos respicit Berofus, sumi posse videtur.
- P. 66. Ἀπὸ τῶν ἐκ τοῦ πολέμου λαφύρων. Cf. II Chron. XXXVI, 18.
- P. 66. Τρεῖς μὲν τῆς ἔνδον πόλεως περιβόλους κ. τ. λ. Cf. de his Dissert. §. 11 in nott.
- P. 66. Κατασκεύασας τὸν καλούμενον κρεμαστὸν παράδεισον. Herodotus pensilium hortorum nullam profus fecit mentionem. An autem ideo Berofi fidem in dubium esse vocandam putemus?
- P. 68. Λαβοροσοάρχος. Non memoratur rex in Ptolemaei Canone astronomico, ob breve, sic videtur, novem mensium tempus, per quod tenuit imperium.
- P. 68. Hesychius: Ἀπετυπανίσαν = ξύλων ἀνηγήκασιν. Suidas: Τύπανα = bacula.
- P. 68. Τὴν βασιλείαν περιέθηκαν Ναβοννήδω. Λαβύνητος appellatur ab Herodoto (lib. I. c. 188). Idem esse videtur cum Belschazaro (ܒܫܚܙܐ) Danielis (V, 1. 2. VII, 1), quae jam fuit sententia Josephi (Antiqq. X, 11, 2).
- P. 69. Ἀνέλευξεν ἐπὶ Βόρσιππον ἐκπολιορκήσων τὸν Ναβόννηδον. Babylone in urbe pugna interfectum esse regem a Persis, memoriae tradidit Xenophon (Cyro-

paed. VII, 5, 32). Vid. Gesenius: Commentar über den Jesaia P. I. p. 468.

- P. 69. Ὃν αὐτὸς ὀνομάζει Ἀβοβάσσαρον, κέκληται δὲ παρὰ Ἑβραίοις Ναβουχοδονόσορ. Nomen Abobassari nusquam praeterea legitur. An nomen illud gereret apud Chaldaeos Nabuchodonosorus dubitari debet. Confundere eum videtur Theophilus Antiochensis cum patre Nabopallaffaro, quem, si lectio certa, Josephus (Contra Apion. I, 19) etiam Ναβολάσσαρον vocat.
-

B E R O S I

DE REBUS COELESTIBUS SENTENTIAE ET
ALIA, QUAE DE BEROSO ASTRONOMO APUD
AUCTORES VETERES LEGUNTUR^a).

Vitruv. lib. IX. cap. 1 (ed. Rod.), olim 4.

Berofus, qui, a Chaldaeorum civitate sive natione progressus, in Asia etiam disciplinam patefecit, ita est professus, (lunam) pilam esse ex dimidia parte candentem, reliqua habere caeruleo colore. Quum autem cursum itineris sui peragens subiret orbem solis, tunc eam radiis et impetu caloris corripit, convertique candentem propter ejus proprietatem luminis ad lumen. Quum autem ea evocata ad solis orbem superiora spectet, tunc inferiorem partem ejus, quod candens non sit, propter aëris similitudinem obscuram videri. Quum ad perpendicularum extet, ad ejus radios totum lumen ad superiorem speciem retineri, et tunc eam vocari primam. Quum praeteriens vadit ad orientis coeli partes, relaxari ab impetu solis, extremamque ejus partem candentiae oppido quam tenui linea ad terram mittere splendorem, et ita ex eo eam secundam vocari. Quotidiana autem versationis remissione tertiam, quartam indies numerari. Septimo die sol quum sit ad occidentem, luna autem inter orientem et occidentem medias coeli teneat regiones, quod dimidia parte coeli spatio distet a sole, item dimidiam candentiae conversam habere ad terram. Inter solem vero et lunam quum distet totum mundi spatium, et luna orientis orbem solis retrospiciens quum transit ad occidentem, eam quod longius absit a radiis remissam, quartadecima die plena rota totius orbis mittere splendorem, reliquosque dies decrefcentia quotidiana ad perfectionem lunaris mensis, versationibus et cursu, a sole revocationibus subire totam, radiosque ejus etiam menstruas dierum efficere rationes.

^a) Vid. Dissert. §. 15.

Vitruv. IX, 4 (ed. Rod.), olim 7.

Cetera ex astrologia, quos effectus habeant signa duodecim, stellae quinque, sol, luna ad humanae vitae rationem, Chaldaeorum ratiocinationibus est concedendum; quod propria est eorum genethliologiae ratio, uti possint ante facta et futura ex ratiocinationibus astrorum explicare. Eorum autem inventiones, quas scriptis reliquerunt, qua solertia quibusque acuminibus et quam magni fuerint, qui ab ipsa natione Chaldaeorum profluxerunt, ostendunt. Primusque Berofus in insula et civitate Co confedit, ibique aperuit disciplinam. Postea studens Antipater itemque Achinapolis^{a)}, qui etiam non e nascentia, sed ex conceptione genethliologiae rationes explicatas reliquit.

Vitruv. IX, 6 (ed. Rod.), olim 9.

Hemicyclium excavatum ex quadrato ad enclimaque succifum Berofus Chaldaeus dicitur invenisse, scaphen sive hemisphaerium Aristarchus Samius.

Seneca Natural. Quaest. III, 29.

Quidam existimant terram quoque concuti, et dirupto solo nova fluminum capita detegere, quae amplius ut e pleno profundant. Berofus, qui Belum interpretatus est, ait cursu ista siderum fieri, et adeo quidem id affirmat, ut conflagrationi atque diluvio tempus assignet. Arfura enim terrena contendit, quando omnia sidera, quae nunc diversos agunt cursus, in cancrum convenerint, sic sub eodem posita vestigio, ut recta linea exire per orbem omnium possit; inundationem futuram, quum eadem siderum turba in capricornum convenerit. Illic solstitium, hic bruna conficitur; magnae potentiae signa, quando in ipsa mutatione anni momenta sunt.

Plinius H. N. VII, 37 (ed. Bipont.).

Variarum artium scientia innumerabiles enituere, quos tamen attingi par sit florem hominum libantibus. Astrologia Berofus, cui ob divinas praedictiones, Athenienses publice in Gymnasio statuam inaurata lingua statuere.

a) Antipatri et Achinapoli nulla praeterea apud scriptores veteres fit commemoratio. Cf. Fabricii Bibl. Gr. III, 20, 11.

Plin. H. N. VII, 50 (ed. Bipont.):

Poscere videtur locus ipse sideralis scientiae (*de ultima meta vitae humanae*) sententiam. Epigenes centum duodecim annos impleri negavit posse; Berofus excedi centum septendecim. Durat et ea ratio, quam Petosiris ac Necepos tradiderunt et tetartemorion appellant, a trium signorum (*quibus quarta pars zodiaci constat*) portione, qua posse in Italiae tractu centum viginti quatuor annos vitae contingere apparet.

Plinius H. N. VII, 57 (ed. Bipont.):

-- Epigenes apud Babylonios septingentorum viginti annorum observationes siderum coctilibus laterculis inscriptas docet, gravis auctor imprimis. Qui minimum, Berofus et Critodemus quadringentorum nonaginta annorum.

Plutarchus, de Placitis Philosophorum II, 29 atque ex eo Eusebius Pr. Ev. XV, 51 et Stobaeus. Eclogg. physicc. p. 558 (ed. Heeren. Goetting. a. 1764).

Περὶ ἐκλείψεως σελήνης

Ἀναξιμένης ^{a)} τοῦ στομίλου τοῦ περὶ τὸν τροχὸν ἐπιφραττομένου. *Βηρωσσὸς*, κατὰ τὴν πρὸς ἡμᾶς ἐπιστροφὴν τοῦ ἀπυρώτου μέρους. *Ἡράκλειτος* κατὰ τὴν τοῦ σκαφοειδοῦς συστροφὴν ^{b)}.

Censorinus: De Die Natali c. 17:

Epigenes in centum duodecim annis longissimam vitam constituit; Berofus autem in centum sedecim. Alii ad centum viginti annos produci posse, quidam etiam ultra crediderunt ^{c)}.

Joannes Stobaeus Eclogg. Physf. p. 552 (ed. Heeren. Goetting. 1764).

Βηρωσσὸς ἡμιπύρωτον σφαῖραν τὴν σελήνην (sc. εἶναι φησὶ).

Et p. 556.

Βηρωσσὸς ἴδιον αὐτὴν (sc. τὴν σελήνην) *ἔχειν φᾶς*.

a) Euseb. l. l. *Ἀναξιμανδρος*.

b) Euseb. l. l. *σιστροφὴν*.

c) Cf. etiam, quae modo allata, verba Plinii H. N. VII, 50.

FRAGMENTA

EX ABYDENI HISTORIA, QUAM E BEROSO
HAUSIT.

(Alexandro Polyhystore brevior Abydenus passim habet; quae non leguntur apud Polyhystorem. Itaque fortasse operae est pretium, quae ex Abydeni libro supersunt hic apponere *).

Eusebii Chronicon G. A. L. P. I. p. 46 sqq. Cf. Syncell.
Chronograph. p. 38 (ed. Goar.) et Mosis Choronenf.
Hist. Armeniac. lib. I. cap. 3:

De Chaldaeorum quidem sapientia haec tantum. In ea vero regione regnasse primo dicunt Alorum. Sed de eo ipso haec tradita sunt: quod eum populi pastorem providentissimus Deus indicavit; qui regnavit saecula decem. Sarus autem est trium millium sexcentorum annorum spa-

Syncell. Chronograph. p. 38 ed. Goar.

Χαλδαίων μὲν τῆς σοφίης πέρι τοσαῦτα· Βασιλεῦσαι δὲ τῆς χώρας πρῶτον λέγει ^{a)} Ἄλωρον, τὸν δὲ ὑπερῷωυτοῦ λόγον διαδοῦναι, ὅτι μιν τοῦ λεῶ ποιμένα ὁ Θεὸς ἀποδείξει· βασιλεῦσαι δὲ σάρους δέκα. Σάρους δὲ ἐστὶ ἑξακόσια καὶ τρισχίλια ἔτεα· Νῆρος ^{b)} δὲ ἑξακό-

* Vid. de Abydeno dissertationis §. 14. Libelli mei quasi appendicem, ut et ex iis acciperent Berosi Chaldaeorum reliquiae lucem quandam, adieci fragmenta ex Abydeni Assyriorum historia; adnotationibus prolixioribus omissis, quia magna ex parte jam in Berosi Chaldaeorum historiae fragmentorum collectione, res sint dilucidatae. Prolixiori cum commentatione partim fragmenta edidit Jos. Scaliger in Op. de Emendatione Tempp. — De fragmentis ex Abydeni libro conferas etiam in universum Scaligeri Op. de Emend. Tempp. et Thesaur. TT.

a) Scaliger (Thesaur. Tempp.) -- λέγεται.

b) Scalig. (Thesaur. Tempp.) Νείρος.

tium, et Nerus sexcentorum, Soffus vero sexaginta. Post eum dominatus est Alapaurus: post quem Alnelon ex urbe Pautibiblon; sub quo secundus Annidotus, Oanni similis, e mari emerfit; cujus Semideorum Heroum more figura erat. Post eum Ammenon: post quem Amegalarus: tum Daonus pastor; sub quo quatuor (monstra) duplicis formae in terram e mari proruperunt, Jodochus, Eneugamus, Eneubulus et Anementus. Et sub Edorescho, qui post eum regnavit, Anodaphus (apparuit). Post quem alii dominati sunt, et Xifuthrus ^{a)}.

σια· Σῶσος ^{b)} δὲ ἐξήκοντα. Μετὰ δὲ τοῦτον Ἀλάπαρον ἄρξαι (σάρους τρεῖς), μεθ' ὃν Ἀμίλλαρος ἐκ πόλεως Παντιβίβλιος ^{c)} (ἐβασίλευσε σάρους δέκα τρεῖς) ἔφ' οὗ δεύτερον Ἀνήδοτον τὴν θάλασσαν ἀναδῦναι παραπλήσιον Ὠάννη τὴν ἰδέαν ἡμιδαίμονα. Μεθ' ὃν Ἀμμένων (ἐκ Παντιβίβλων ἤρξε σάρους δώδεκα). Μεθ' ὃν Μεγάλαρος (ἐκ Παντιβίβλων ^{d)} ἤρξε σάρους ὀκτωκαίδεκα). Εἶτα Δαῶς ποιμὴν (ἐκ Παντιβίβλων ἐβασίλευσε σάρους δέκα)· ἔφ' οὗ τέσσαρες διφρεῖς εἰς γῆν ἐκ θαλάσσης ἀνέδυσαν· (ὧν τὰ ὀνόματα ταῦτα·) Εὐέδωκος, Ἐνεύγαμος, Ἐνεύβουλος ^{e)}, Ἀνήμεντος. Ἐπι δὲ τοῦ μετὰ ταῦτα Ἀεδωρέσχον Ἀνώδαφος. Μεθ' ὃν ἄλλοι τε ἤρξαν, καὶ Σίσιθρος κ. τ. λ.

- a) Praemissimus hoc loco Latina Chronici Eusebiani G. A. L. Graecis Syncelli, ut qui passim ex suis non pauca inferat.
 b) Scalig. (Thesaur. Tempp.) Σῶσος.
 c) Scaliger l. l.: Παντιβίβλου.
 d) Scalig. l. c.: Πανσιβίβλων.
 e) Scalig. Emend. Tempp. Ἐνάβουλος.

Euseb. Pr. Ev. IX, 12. Syncell. Chronograph. p. 38 sq.
 Euseb. Chronic. G. A. L. P. I. p. 48 sqq. et Cyrill.
 Alex. contra Julian. lib. I. p. 9 (ed. Spanhem.):

Μεθ' ὃν ἄλλοι τε ἤρξαν καὶ Σίσιθρος ^{a)}, ᾧ ^{b)} δη Κρόνος προσημαίνει (μὲν) ἔσεσθαι πλήθος ὄμβρων, Δεσίου ^{c)} πέμπτη ἐπὶ δέκα, κελεύει δὲ πᾶν ὃ, τι γραμμάτων ἦν ἐχόμενον, ἐν Ἡλίου πόλει τῇ ἐν Σιππάρουσι ἀποκρύψαι. Σίσιθρος ^{d)} δὲ ταῦτα ἐπιτελεῖα

- a) et d) Euseb. Pr. Ev.: Σίσιθρος.
 b) Scalig. (Th. TT.) τῷ.
 c) Scaliger (Th. TT. et Emend. Tempp.): Δαισίον.

ποιήσας εὐθέως ἐπ' Ἀρμενίης ^{a)} ἀνάπλεε ^{b)} καὶ παραντίκα μιν ^{c)} κατελάμβανε τὰ ἐκ τοῦ Θεοῦ. Τρίτη δὲ ἡμέρα ἔπειτα ὕων ἐκόπασε, μετήει ^{d)} τῶν ὀρνίθων πείρην ποιούμενος, εἴ κου γῆν ἴδιοιεν τοῦ ὕδατος ἐκδῦσαν. Ἄι δὲ ἐκδεχομένου ^{e)} σφέας πελάγεος ἀχανέος ^{f)}, ἀπορέουσαι ὄκη καθορμήσονται, παρὰ τον Σίσιθρον ὀπίσω κομίζονται, καὶ ἐπ' αὐτῆσιν ἕτεροι ὡς δὲ τῆσι τρίτησιν εὐτύχουν ^{g)}, ἀπικέατο γὰρ δὴ πηλοῦ κατάπλεοι τοὺς ταρσοὺς, Θεοὶ μιν ἐξ ἀεθρώπων ἀφανίζουσιν. Τὸ δὲ πλοῖον ἐν Ἀρμενίῃ περιάπτα ξύλων ^{h)} ἀλεξιφάρμακα τοῖσιν ἐπιχωρίοισι παρείχετο.

Euseb. Pr. Ev. IX, 14. Syncell. Chronograph. p. 44 (ed. Goar.) et Euseb. Chronic. G. A. L. P. I. p. 51 sqq.

Ἐπι ⁱ⁾ δὲ οἱ λέγουσι τοὺς πρώτους ἐκ γῆς ἀνασχόντας, ῥώμη τε καὶ μεγέθει χαννωθέντας, καὶ δὴ Θεῶν καταφρονήσαντας ἀμείνας εἶναι. Πύργον (τύρσιν) ^{k)} ἠλίβατον ἀείρειν, ἵνα νῦν Βαβυλῶν ἔστιν. Ἢδη τε ἄσσον εἶναι τοῦ οὐρανοῦ καὶ τοὺς ἀνέμους, Θεοῖσι βωθρόντας ἀνατρέψαι περὶ αὐτοῖσι τὸ μηχανῆμα· τοῦ δὴ τὰ ἐρείπια λέγεσθαι Βαβυλῶνα· τέως δὲ ὄντας ὁμογλώσσους ἐκ Θεῶν πολύθρα ^{l)} φωνὴν ἐνείκασθαι· μετὰ δὲ Κρόνῳ τε καὶ Τιτῆνι συστῆναι πόλεμον. Ὁ δὲ τόπος, ἐν ᾧ τὸν πύργον ὠκοδόμησαν, νῦν Βαβυλῶν καλεῖται διὰ τὴν σύγχυσιν τοῦ περὶ τὴν πρώτην διάλεκτον ἐναργοῦς. Ἐβραῖοι γὰρ τὴν σύγχυσιν Βαβὲλ καλοῦσι ^{m)}.

a) Sync. (ed. Goar.) et Euseb. Th. TT. ἐπ' Ἀρμενίης. Euseb. Chron. G. A. L. in Armeniam. Euseb. Pr. Ev. et Scalig. Em. TT. ἐπ' Ἀρμενίους.

b) Syncell. (ed. Goar.) et Scalig. (Th. TT.) ἀνέπλεε.

c) Goar. corrigere voluit μιν.

d) Syncell. (ed. Goar.) et Scalig. (Emend. Tempp. et Th. TT.) Τρίτη δὲ ἡμέρη ἐπέτε ὕων ἐκόπασε, μετήει τῶν ὀρνίθων κ. τ. λ. Euseb. Pr. Ev. ὡν ἐκόπασε. —

e) Ita Sync. (ed. Goar.) et Scaliger. — Euf. P. E.: ἐκδεχομένου.

f) Syncell. (ed. Goar.) et Scalig. (Th. TT.) ἀμφιχανέος.

g) Scalig. (Th. TT.) ἐπετύχεεν et id. Em. TT. ἐντύχεε. Sync. ἐτύχεεν.

h) Scalig. (Th. TT.) ξύλου περιάπτα ἀλεξ.

i) Syncell. (ed. Goar.): Ἐν τῇ δὴ λέγουσιν.

k) Euseb. Pr. Ev. πύργων τύρσιν vid. tamen adnott. Vigeri qui librum edidit. Syncell. (ed. Goar.) τύρσιν ἠλίβατον ἀείρειν.

l) Scalig. (Emend. Tempp.) πολυθρόα. Syncell. ed. Goar. πολύθρων. Cyrill. Alex. πολύθροον. Euf. Th. TT. πολύθρον.

m) Vid. de his differt. §. 7.

Euseb. Chronic. G. A. L. P. I. p. 76 sqq. in Latinis.
Cf. Mosis Choron. Hist. Armen. I, 4:

Hoc pacto Chaldaei suae regionis reges ab Aloro usque ad Alexandrum recensent; de Nino et Semiramide nulla ipsis cura est. Haec quum dixisset, jam inde historiae exordium ducit. Fuit, inquit, Ninus Arbeli (filius); qui Chaali; qui Arbeli; qui Anebi; qui Babii; qui Beli, regis Assyriorum ^{a)}.

Deinde singulos a Nino et Semiramide recenset usque ad Sardanapallum, qui fuit omnium postremus: a quo usque ad primam Olympiadem efficiuntur anni sexaginta septem. Abidenus itaque de regno Assyriorum singillatim ita scripsit cet.

Eusebii Chronic. G. A. L. P. I. p. 53 sqq. in Latinis:

Eodem tempore vicefimus quintus utique Sinecherib ipse ex regibus vix demum inventus est, qui Babylonem sub ditionem redigens subegit, et ad littus maris Ciliciae Graecorum classem profligatam depresso; condiditque templum Athenarum, statuas aereas erexit, litterisque sane, inquit, suam fortitudinem exaravit; et Tarsum ad figuram et similitudinem Babylonis aedificavit; ut Tarsum Cydnus flumen interflueret, Euphratis nimirum more Babylonem interfluentis ^{b)}.

Ex ordine autem post eum Nergilus regnavit, qui a filio Adramelo est interemptus: at ipsum quoque frater ejus Axerdis ex eodem patre, non autem ex eadem matre, occidit; et exercitum persecutus in Byzantinorum urbem includit. Qui primus mercenarios milites sibi collegit, quorum unus Pythagoras fuit, Chaldaeorum sapientiae discipulus. Axerdis autem Aegyptum partesque Syriae inferioris in suam potestatem redegit; ex qua Sardanapallus quoque exstitit.

Post quem Saracus in Assyrios regnavit: et quum compertum habuisset, multitudinem barbarorum maximam e mari exiisse, ut impetum faceret, Busalofforum ducem confestim Babylonem misit. Ille autem consilio

a) A Syncello inversam esse regum seriem supra jam est monitum. Vide Adnott. ad Berosi Chaldaeorum historiae fragmenta p. 76.

b) Cf. quae hac de re leguntur in Berosi Chaldaeorum historiae fragmentis in Euseb. Chronic. G. A. L. P. I. p. 64.

rebellionis inito, Amuhean Aftyagis Medi familiae principis filiam Nabuchodrofforo, suo filio, uxorem despondit a). Ac deinde protinus discedens accelerat aggredi Ninum, id est, urbem Ninive. Quum autem de his omnibus certior est factus Saracus rex, concremavit regiam aulam Evoriti b). Nabuchodrofforus vero accipiens regni imperium valido muro Babylonem cinxit.

Eusebius Pr. Ev. IX, 41 et ejusd. Chronic. G. A. L. P. I. p. 55 sqq.

Ὁ αὐτὸς (sc. Ἀβυδηνὸς) ταῦτα γράφει· λέγεται δὲ πάντα μὲν ἐξ ἀρχῆς ὕδωρ εἶναι, θάλασσαν καλεομένην. Βῆλον δὲ σφρα παῦσαι, χώραν ἐκάστῳ ἀπονεύμαντα, καὶ Βαβυλῶνα τείχει περιβαλεῖν· τῷ χρόνῳ δὲ τῷ ἰκνευμένῳ ἀφανισθῆναι· τειχίσαι δὲ αὐτῆς Ναβουχοδοноόσορον τὸ μέγρι τῆς Μακεδονίων ἀρχῆς διαμεῖναν ἐὼν χαλκόπυλον.

Καὶ μεθ' ἕτερα ἐπιλέγει· Ναβουχοδοноόσορος δὲ διαδεξάμενος τὴν ἀρχὴν, Βαβυλῶνα μὲν ἐτείχισε τριπλῶ περιβόλῳ, ἐν πεντεκαίδεκα ἡμέρησι, τὸν τε Ἀρμακάλην c) ποταμὸν ἐξήγαγεν, ἐόντα κέρας Εὐφρητέῳ τὸν τε Ἀχράκανον d). Ὑπὲρ δὲ τῆς Σιππαρηνῶν πόλιος λάκκον ὀρυξάμενος, περίμετρον μὲν τεσσαράκοντα παρα-

a) Eadem fere a Berofo narrantur de Nabopalaffaro. Num igitur eundem esse Abydeni Saracum et Berofi Nabopalaffarum, sumendum est? —

b) Quid de his verbis statuendum sit se plane nescire, jam ingenuè confessus est qui Eusebii Chronicon G. A. L. e lingua Armeniaca in Latinam vertit. Vide tamen de his omnibus Syncellum, qui (Chronograph. p. 210 ed. Goar.) ita habet: Τούτον (sc. τὸν Ναβοπολάσαρον τὸν τῶν Χαλδαίων βασιλέα) Πολύστιωρ Ἀλέξανδρος Σαρδανάπαλον καλεῖ πέμψαντα πρὸς Ἀσιτιάγην σατράπην Μηδίας, καὶ τὴν θυγατέρα αὐτοῦ Ἀρωίτην λαβόντα νύμφην εἰς τὸν υἱὸν αὐτοῦ Ναβουχοδοноόσορ. Οὗτος στρατηγὸς ὑπὸ Σάρακος τοῦ Χαλδαίου βασιλέως σταλεῖς, κατὰ τοῦ αὐτοῦ Σάρακος εἰς Νίνον ἐπιστρατεύει· οὐ τὴν ἐφοδὸν πτοηθεὶς ὁ Σάρακος ἑαυτὸν σὺν τοῖς βασιλεῦσι ἐνέπηρσεν, καὶ τὴν ἀρχὴν Χαλδαίων καὶ Βαβυλῶνος περιέλαβεν ὁ αὐτὸς Ναβοπολάσαρος, ὁ τοῦ Ναβουχοδοноόσορ πατήρ.

c) מֵן הַיַּרְדֵּן alveus, qui ex Euphrate fluvio in Tigrim ducebat.

d) Eusebii Chronic. G. A. L. P. I. p. 55 paulo aliter: — — — puteumque in edito loco situm juxta Sipparenorum urbem circumfodit.

σαγγέων, βάθος δ' ὀργυιέων εἴκοσι, πύλας ἐπέστησεν, τὰς ἀνοίγοντες ἄρδεσκον τὸ πεδῖον. Καλέουσι δ' αὐτὰς ἐχετογώμονας. Ἐπετείχισε δὲ καὶ τῆς ἐρυθρῆς θαλάσσης τὴν ἐπίκλυσιν, καὶ Τερηδόνα πόλιν ἐκτίσεν, κατὰ τὰς Ἀράβων εἰσβολάς. Τὰ τε βασιλῆα δένδροις ἤσκησε, κρεμαστοὺς παραδείσους ὀνομάσας ^{a)}

(Εὐρον δὲ καὶ ἐν τῇ Ἀβυδηνοῦ περὶ Ἀσσυρίων γραφῇ περὶ τοῦ Ναβουχοδονόσορ ταῦτα·)

Μεγασθένης δέ φησι, Ναβουχοδρόσορον Ἡρακλέως ἀλκιμώτερον γεγονότα, ἐπὶ τε Λιβύην καὶ Ἰβηρίην στρατεῦσαι· ταύτας δὲ χειρωσάμενον ἀπόδασιμον αὐτέων εἰς τὰ δεξιὰ τοῦ Πόντου κατοικῆσαι ^{b)}. Μετὰ δὲ λέγεται πρὸς Χαλδαίων, ὡς ἀναβὰς ἐπὶ βασιλῆα κατασχεθεῖη Θεῶ ὅτεω δῆ. Φθρευξάμενος δὲ εἶπε οὕτως· Ἐγὼ Ναβουχοδρόσορος, ὦ Βαβυλώνιοι, τὴν μέλλουσαν ὑμῖν προαγγέλλω συμφορὴν, τὴν ὃ τε Βῆλος ἐμὸς πρόγονος, ἢ τε βασιλεία Βῆλιτις ἀποτρέψαι Μοίρας πείσαι ἀσθενούσιν ^{c)} Ἡξει Πέρσης ἡμίονος ^{d)} τοῖσιν ὑμετέροισι δαίμοσι χρεώμενος συμμάχοισιν. Ἐπάξει δὲ δουλοσύνην. Οὗ δὲ συναίτιος ἔσται Μήδης ^{e)}, τὸ Ἀσσύριον ἀνῆχημα. Ὡς εἶθε μιν, πρόσθεν ἢ δοῦναι τοὺς πολιήτας, χάρυβδιν τινα ἢ θάλασσαν εἰςδεξαμένην, αἰστώσαι πρόδροζον· ἢ μιν ἄλλας ὁδοὺς σραφέντα φέρεσθαι διὰ τῆς ἐρήμου, ἵνα οὔτε ἄστεα, οὔτε πάτος ἀνθρώπων, θῆρες δὲ νόμον ἔχουσι, καὶ ὄρνιθες πλάζονται, ἐν τε πέτρῃσι καὶ χαράδορῃσι μόνον ἀλώμενον· ἐμὲ τε πρὶν ἐς νόον βαλέσθαι ταῦτα, τέλος ἀμείνονος κυρῆσαι ^{f)}. Ὁ μὲν Θεσπίσας παραχρῆμα ἠφάνιστο· ὁ δὲ οἱ παῖς Εὐιλμαλούρουχος ^{g)} ἐβασίλευε. Τὸν δὲ ὁ κηδε-

a) In Euseb. Chronic. G. A. L. I. l. adduntur verba: Deinde vero profequitur singulatim exponere supra nominatum pensilem hortum: quem, inquit, et ipsi Graeci unum de septem nominatis insignibus et miris aedificiis habent.

b) Euseb. Chronic. G. A. L. - - - et partem incolarum aliquam in dextram plagam maris Pontici traduxit, ut in ea habitarent. Cf. Mos. Chor. Hist. Armen. II, 7.

c) Scaliger (Op. de Emend. Tempp. et Thesaur. Tempp.): - - τὴν οὔτε Βῆλος ἐμὸς πρόγονος, οὔτε βασιλεία Βῆλιτις ἀποτρέψαι Μοίρας πείσαι σθένουσι.

d) Cyrus Medo-Perfa, e patre Perfa ac matre Meda natus.

e) Μήδης viri alicujus nomen esse, jam notavit Jos. Scaliger (Emend. Tempp.).

f) Τὴν ὃ τε Βῆλος ἐμὸς πρόγονος - - - τέλος ἀμείνονος κυρῆσαι. Haec in Chronico omisit Eusebius. Vid. Chronic. G. A. L. P. I. p. 60.

g) In Euseb. Chronic. G. A. L. Amilmarodocus.

στης ^{a)} ἀποκτείνας *Νηριγλισάρης* ^{b)}, λείπε παῖδα *Λα-
βασσοάρασκόν* ^{c)}. *Τούτου δὲ ἀποθανόντος βιαίῳ μό-
ρῳ, Ναβαννίδοχον* ^{d)} ἀποδεικνῦσι ^{e)} βασιλέα, προσ-
ήκοντά οἱ οὐδέν, τῷ δὲ *Κῦρος*, ἔλῶν *Βαβυλῶνα*, *Καρ-
μανίης ἡγεμονίην* δωρεῖται.

a) Scal. (Emend. Tempp.) — ὁ *Κεδημών*.

b) Chronic. G. A. L. in Latinis: *Nigliffaris*.

c) Chronic. G. A. L. *Labofforacus*.

d) Ita Euseb. Pr. Ev. Chronic. G. A. L. *Nabonedochum*. *Scalig.* (Th. TT. p. 49. Graecc. Eusebii) *Ναβονίδοχον*; alio loco (Emend. Tempp.) idem *Ναβαννίδοχον*.

e) Qui Eusebii Chronicon e lingua Graeca in Armeniacam vertebat, legisse videtur ἀποδεικνῦσι singulari numero; quod ostendunt, quae in Latinis leguntur verba. Vid. quae annotavit ad haec Aucher in Eusebii Chronic. G. A. L. P. I. p. 60 in adnotatt.

V I T A
A U C T O R I S L I B E L L I,
Q U A M I P S E D E L I N E A V I T.

Natus (ut frater, quem unicum habeo et diligo tribus annis aetate me inferiorem, Carolum Fridericum Richterum) *Sehusae* urbe Palaeomarchica a. 1796 gratias quam maximas agere debeo Deo Optimo Maximo, quod ad id benignitas sua multas quidem per aerumnas me perduxit, quo, patre rei familiaris inopia laborante, unquam me esse perventurum, nulla fere mihi relicta erat spes.

Pater mihi est Carolus Fridericus Richter, faber ferrarius, quem si definerem omni pietate filii usque ad extremum vitae spiritum colere, boni viri nomine indignus judicari deberem. Se non relicturum, saepe palam professus est, filiis divitias; opes autem, quae in morum puritate et in exulto dictrina animo quaeri debeant, esse optimas; quas sibi comparandi ne carerent filii occasione et opportunitate, nullas se sibi reformidaturum molestias. Ne spes, se e pietate filiorum collecturum esse fructus sui in illos amoris, eum decipiat, omnibus viribus nitentur filii.

Morte matris (a. 1805) et belli (a. 1806) aerumnis res familiaris in pejus ire coepit. Ipse laborabam praeterea per totum fere annum oculorum vehementissimo morbo, quo cessante tandem ab a. 1808 usque ad a. 1812 scholam urbis patriae omni studio frequentabam. Ab Osterwaldtio, scholae conrectore, admonitione amica excitus praeter linguam paternam ediscere coepi Latinam et Franco-Gallicam. Adjutus a Weisheitio, scholae rectore, omni studio enitebar, ut pro viribus progressus facerem in litteris.

Degustata, quae e litterarum studio hauritur, voluptate abripiebar mox per fatum inevitabile ad exercendam quinque per annos patris artem. Quae mihi ab occupationibus quotidianis liberae relinquebantur horae, totas impen-

debam litteris. Comparaveram mihi bibliothecam parvam, septuaginta, qualiacunque fuerint, volumina continentem. Ad eam confugiebam, si sodales alias sibi quaerebant voluptates.

Tandem frater, qui scriba publicus in urbe patria (a. 1815) factus erat, animum primus mihi adstimulavit ad ea suscipienda, quae unice meam felicitatem fundarunt. Promisit se mihi daturum, quod vires finerent, auxilium et promissis candide stetit. Utinam et ei mox gratum animum ostendere possim! Summa tum (a. 1817) confidentia, quae me non decepit, Orphanotropei in nostra urbe adii Directores, Niemeyerum Academiae Fridericianae Halensis et Vitebergensis consociatae Cancellarium et Knappium Consistorii consiliarium, professorem et Theologiae doctorem a me semper omni veneratione amplectendos, qui votorum meorum tunc temporis omnium me fecerunt competentem. Benigne me exceperunt et mihi copiam fecerunt, ut in schola Orphanotropei litteris excolerem animum. Nunquam obliviscar benignitatis, qua, ut primum Orphanotropheum adii, usus est in me Dennhardtus scholae inspector et praeceptor^{a)}. Iis, qui benevolentia omni me exceperunt, adnumerare debeo Manitium, scholae, quam frequentabam, praeceptorem. Invitatus ab eo et uxore sua transegi in familia ejus saepe horas, quas vitae laetissimis jure adnumero.

Semper totum me dabam litteris in schola. Inde, post tres fere annos (a. 1820) rite demissus itidem in Academia Fridericianae Halensi et Vitebergensi consociata nulla omisi, quibus animum excolere et doctrinam augere possem. Quinque ibi per annos moratus nunc in eo sum, ut quam primum pro viribus litterarum reipublicae prodesse velim. Tempus et operam per totam vitam conferam litteris.

a) Nunc Magdeburgi ecclesiae cujusdam concionator.

Halae ad Salam die 6 Aprilis a. 1825.

CORRIGENDA ET ADDENDA.

- P. 4. lin. 27. pro §. 5. legatur §. 4.
P. 8. l. 1. pro η leg. ἦ.
P. 8. l. 2. pro οτιω leg. ὀτιώ.
P. 12. l. 6. pro *Γαλίησιν* leg. *Γαλίησιν*.
P. 12. l. 42. pro Heraphile leg. Herophile.
P. 18. l. 17. pro *Θάλατθ* leg. *Θαλάτθ*.
P. 25. l. 5. pro tum leg. tam.
P. 31. l. 37. addas scriptorum seriei, qui Berofi mentionem
fecerunt, Cedrenum.
P. 50. l. 16. pro *θεούς* leg. *Θεούς*.
-





